AUTHOR:

HERWERDEN, HENRICUS VAN

TITLE:

DISSERTATIO LITERARIA CONTINENS...

PLACE:

LUGDUNI-BATAVORUM

DATE:

[1855]

Master Negative #

92-81147-6

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

880.129
H446 Herwerden, Henricus van, 1831-1901.
Dissertatio literaria continens observationes critícas in fragmenta comicorum Graecorum quam...submittet Henricus van Herwerden...Lugduni-Batavorum,Brill [1855].
viii, 141 p. 22½ cm.

Thesis, Leyden, 1855.

145273

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: March 03 1993 INITIALS Emil
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



DISSERTATIO LITERARIA

CONTINENS

OBSERVATIONES CRITICAS IN FRAGMENTA COMICORUM GRAECORUM,

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

SIMONIS VISSERING,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET IUR. ROM. ET HOD. DOCT., IUR. PROF. ORD.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

In Academia Lugduno-Batava,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTET

HENRICUS VAN HERWERDEN,

E PAGO BEETSTERZWAAGO—FRISIUS.

AD DIEM XV M. DECEMBRIS MDCCCLV, HORA I—II.

IN AUDITORIO MAIORI.

LUGDUNI-BATAVORUM,

APUD E. I. BRILL,

ACADEMIAE TYPOGRAPHUM.

Parentibus Optimis
Carissimis.

PRAEFATIO.

De ipso hoc studiorum meorum specimine nihil habeo praemonendum, nisi me partem earum observationum, quas antea quarto quodam et fortasse quinto capite complecti decreveram, ne iusto maior fieret huius scriptiunculae moles, ad Theses relegasse. Selectas in iis proposui coniecturas in tragicorum aliquot locos, in Aristophanem, Babriam, aliosque.

Sed iucundissimum mihi restat officium. Nam ad finem perductis studiis Academicis, quid dulcius mihi, quid optatius esse potest, quam, quid gratus animus sentiat, publice profiteri illis,

quorum doctrina per sexennium frui mihi contigit?

Te primum Cobet, *Vir Clarissime, quo Promotore glorior, qualem studiorum ducem et auctorem nactus sim, exponere, vereor ne supervacuum condiscipulis meis videretur et subineptum. Norunt enim omnes, quotquot scholis tuis interfuerint, te non solum bonis artibus egregie erudire audientium animos, sed etiam, (quae res, me iudice, est longe fructuosissima), eum, quo ipse flagras, literarum et antiquitatis amorem nescio quibus illecebris discipulis tuis impertiri. Ipse igitur quid tibi debeam, Vir Clarissime, non verbis inanibus nunc praeconabor, sed postea, ubi indefessus labor, aucta doctrina vires meas ad maturitatem perduxerit, re et factis ostendere malo. Nunc, ut candide fatear, te praeceptore nondum satis dignum discipulum me esse sentio.*

Neque tui, Clarissime Bake, *tuorumque in me meritorum facile obliviscar. Te,* τὸν ὠμογέροντα, *cui non senectus eripuit felix illud ingenium, quo Philologiae Neêrlandicae principatum obtinuisti, cui anni auxerunt subacutum illud et circumspectum iudicium, cuius luce destitutam sollertiam et sagacitatem in argutam quandam loquacitatem haud raro abire intelligimus, te, inquam, quo magis admirari soleam, eo magis te doctorem me audivisse mihi gratulor.*

Vos quoque pro egregia vestra institutione debitas accipite gratias Stuffken, Dozy *et* de Vries, *Viri Clarissimi! Neque tuarum lectionum mathematicarum, Clarissime* Verdam, *tempus umquam delebit memoriam.*

Te vero hoc loco silentio praeterire neque possum, neque volo Suringar, *Vir Clarissime! Nam non facile est in hac urbe, imo in tota Hollandia quisquam, cui ita devinctum me sentiam quam tibi, qui quanta benevolentia et quanta humanitate me domi tuae excipere soleres, et quantum plane singularis tuus rerum non minus quam hominum usus mihi profuerit, numquam ingratus obliviscar.*

Neque quae in Fratre tuo laudo, desidero in te, qui Gymnasium huius urbis regis, Suringar, *Vir Doctissime. Eadem, quaeso, benevolentia, qua hucusque me prosecutus es, studiis meis favere pergas.*

Valete vos tandem, qui ex amicorum meorum

numero fruimini adhuc ea civitate dulcissima, quam, nullo iure postliminii recuperandam, ego mox non sine animi moerore amisero.

Dabam Noorthey, mense Novembri.

CAPUT PRIMUM.

CONTINENS ADNOTATIONES CRITICAS AD FRAGMENTA NONNULLA EX COMOEDIA ANTIQUA.

Per trium fere seculorum decursum, a primordiis inde prope dicas critices recentioris usque ad nostram aetatem, plurimam operam navarunt viri docti emendandis et interpretandis reliquiis comicorum Graecorum, quae velut e magno naufragio ἐρείπια dispersa hic et illic servantur a scriptoribus Graecis imprimis ab iis, qui ad serius aevum pertinent, inter quos sunt Athenaeus et Stobaeus, Strabo et Plutarchus; quibus adde turbam Grammaticorum (Etymol. Magn., Grammat. Bekk., Herodianum, Antiatticistam, Harpocrationem, Moeridem et alios permultos). Inter antiquiores criticos plurimum hisce fragmentis profuerunt Casaubonus, Bentleius et Grotius, quorum illi felici manu sanarunt permulta; hic Latinum egit interpretem sagacissimum eundem et sine exemplo elegantem. Recentiorum autem criticorum agmen ducit Porsonus, vir

ingenii vere divini; quem non minus prospero successu secuti sunt Dobraeus, quem nimis mature fatum his literis eripuit, et nuperrime Cobetus vir clarissimus, quorum uterque mea laude est maior. Verum non minora sunt in hisce studiis Augusti Meinekii merita, qui primus indefesso labore et diligentia prorsus singulari collegit omnes illas reliquias, quas tum ex aliorum tum ex suis coniecturis restitutas ordine disposuit in libro, qui inscribitur *Fragmenta Comicorum Graecorum*. Prodiit Berolini a. 1839—1841. Eiusdemque operis mox secuta est editio minor a. 1847, in qua multa correcta sunt et melius administrata.

Post tot tamen virorum doctorum curas sat multa restant, quae criticorum ingenia exercere possint. Quod vero ipse opellam meam in hac literarum parte collocare ausus sum, id potius feci eo consilio, ut vires meas experirer, quam quod uberes inde fructus in poetarum reliquias redundaturos esse sperarem.

Monito lectore me eum servasse fragmentorum ordinem, quo M. ea disposuit, venio ad rem et initium faciam in emendandis iis versibus, qui vulgo sed falso ab antiquis Grammaticis tribuebantur Susarioni, quem vix poetarum comicorum numero accenseri posse hodie constat inter omnes. Leguntur hi versus apud multos sed integerrimi apud Tzetzem ap. Cramer. Anecd. III. p. 336:

> Ἀκούετε λεῴ· Σουσαρίων λέγει τάδε,
> υἱὸς Φιλίνου Μεγαρόθεν Τριποδίσκιος·
> κακὸν γυναῖκες, ἀλλ᾽ ὅμως, ὦ δημόται,
> οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.
> καὶ γὰρ τὸ γῆμαι καὶ τὸ μὴ γῆμαι κακόν.

Si quidem, ut apparet e Tzetzae verbis, haec oratio ipsius Susarionis esse fingitur, (narrat enim monachus, Susarionem, quum ab uxore sua relictus esset, in scenam prodeuntem de pulpita haec declamasse (!?),) necessario pro λέγει reponendum est λέγω. In eodem autem versu vitium metricum in senarii pede secundo arguit, hoc fragmentum ad aetatem satis recentem esse referendum. Ultimum versum, quem solus habet Stobaeus Flor. LXIX: 2, quique continet interpretamentum versus praecedentis melius omisisset doctissimus editor.

Ad verborum sensum non inepte contuleris fragmentum notissimum ex oratione Metelli Numidici, quam in censura dixit ad populum de ducendis uxoribus, quum eum ad matrimonia capessenda adhortaretur. In ea oratione ita scriptum fuit: » Si sine uxore, Quirites, possemus esse, omnes ea molestia careremus: sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commode nec sine illis nullo (lege ullo) modo vivi possit, saluti perpetuae potius quam brevi voluptati consulendum." Aul. Gell. I. c. 6.

Aliquanto emendatius quam nunc editur scribi potest Cratini fragmentum IV. e *Βουκόλοις* apud Schol. Plat. Lach. Bekk. p. 322: *ἐν τῷ Καρὶ ὑμῖν ὁ κίνδυνος] ἐπὶ τῶν ἐπισφαλέστερον καὶ ἐν ἀλλοτρίοις κινδυνευόντων· καὶ Κρατῖνος Βουκόλοις·*

> ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον ἐν ἐμοὶ δὴ δοκεῖ
> πρώτῳ πειρᾶσθαι.

Nempe pro *πειρᾶσθαι* scribendum est *πεπειρᾶσθαι*, idque iam perspexit Meinekius, qui hanc lectionem recepit in editione minori. Minus tamen probo hanc

viri celeberrimi interpretationem: *in me, tamquam in vili capite, omnium primo periculum factum esse videtur.* Simplicius, credo, et verius locum ita vertas: *in me, tamquam in vili capite, omnium primo periculum fecisse videtur.* Fieri potest, quamvis hanc coniecturam praestare non ausim, ut hoc fragmentum spectet eodem, quo spectant huius fabulae fragm. I et II, nempe ut sermo sit de archonte, qui chorum Cratino denegasset.

Iniuria, ni fallor, creditur Cratinus ἐν Δηλιάσιν (fr. XI.) dixisse ἐξ αὐτῆς ἀντὶ τοῦ παραχρῆμα. Auctor est Antiatt. p. 94 7. Propterea autem valde dubito an Cratinus revera ita scripserit, quod, ut iam observat M., nemo Atticorum hoc adverbio usus esse videtur. Vide igitur an forte dederit poeta ἐξαίφ̄ης (i. e. ἐξαίφνης) vel quod vocabulum non minus Atticorum usu tritum est, ἐξαπ̄ης (i. e. ἐξαπίνης)?

Experiamur an ex parte saltem Cratino quae scripsit reddere possimus in fragmento, quod ad hunc diem usque misere depravatum circumfertur apud Athenaeum XV. p. 667. e. f. ἕτερον δ' ἐστὶν εἶδος παιδιᾶς τῆς ἐν λεκάνῃ. αὕτη δ' ὕδατος πληροῦται, ἐπινεῖ τε ἐπ' αὐτῆς ὀξύβαφα κενά, ἐφ' ἃ βάλλοντες τὰς λάταγας ἐκ καρχησίων ἐπειρῶντο καταδύειν· ἀνῃρεῖτο δὲ τὰ κοττάβια (l. κοτταβεῖα) ὁ πλείω καταδύσας — Κρατῖνος ἐν Νεμέσει· Τῷ δὲ κοττάβῳ προθέντας ἐν πατρικοῖσι νόμοις τὸ κεινέου ὀξυβάφοις βάλλειν μὲν τῷ πόντῳ δὲ βάλλοντι νέμω πλεῖστα τύχης.

In editione minori M. locum in hunc modum constituit e correctione Dobraei, verba tamen poetae se non expedire adnotans.

Τῷ δὲ κοττάβῳ προθέντας ἐν πατρικοῖσι νόμοις
τὸ κεινέου ὀξυβάφοις βάλλειν μέτωπον
τῷ δὲ βαλόντι νέμω πλεῖστα τύχης.

Quae verba minime persanata esse primo obtutu unusquisque videt. Ingeniosissime, ut solet, Dobraeus ex vocabulis ΜΕΝΤΩΙΠΟΝΤΩ extricavit: μέτωπον τὸν, sed quomodo loco conveniant, nondum video. Verum aliud est, quod evidenti coniectura repperisse mihi videor. Nempe in vocabulorum laciniis ΤΟΚΕΙΝΕΟΥ (pro quibus Codices VL. sollemni varietate habent ΤΟΚΙΝΕΟΥ) sine ulla controversia supersunt vestigia verae lectionis ΤΟΙϹΕΠΙΝΕΟΥϹΙ sive ΤΟΙϹΙΝΕΠΙΝΕΟΥϹΙΝ i. e. τοῖς s. τοῖσιν ἐπινέουσιν ὀξυβάφοις; in quam emendationem neminem dum incidisse valde miror, propter Athenaei verba modo laudata αὕτη δ' ὕδατος πληροῦται, ἐπινεῖ τ' ἐπ' αὐτῆς ὀξύβαφα κενὰ κτέ. quibuscum conferas Schol. ad Arist. Pac. vs. 1243. ἕτερον δ' ἀγγεῖόν τι ἐοικὸς λουτῆρι πλῆρες ὕδατος, ἐν ᾧ ὀξυβάφων ἦν ἐπιπλέον τὸ πλῆθος, ἅπερ καταδύειν ταῖς λάταξιν ἐπειρῶντο. Porro certissimum est pro πατρικοῖσι, quod adiectivum iungi non soleat nisi cum φίλος, ξένος, ἐχθρὸς et similibus, rescribendum esse πατρίοισι.

Male Meinekius explevisse mihi videtur Cratini fragmentum e Πυτίνῃ XVIII. apud Suid. in voc. ἀράχνιον:

ἀραχνίων μεστὴν ἔχεις τὴν γαστέρα.

Supplet enim, ne antepenultima in ἀράχνιον producatur, particulam interrogativam ἆρα. Sed ita vertas

necesse est: *num aranearum telis plenum habes ventrem?* unde apparet lagenae, quae sic interrogaretur respondendum fuisse: *non habeo.* Certissimum igitur est ἆρα h. l. ferri non posse. Si quid mutandum, scribere malim:

ἀραχνιδίων μεστὴν ἔχεις τὴν γαστέρα.

Eandem medicinam adhibendam esse ad Platonis fragm. I. e Graecia sive Insulis apud Suid. III. p. 525. iam dudum suspicabar, nunc in editione minori Meinekium ita eum locum edidisse, ut volueram (i. e. ἀραχνίοις in ἀραχνιδίοις mutato,) laetus video.

Plane obscurum est, ut nunc editur, fragmentum Lamiae Cratetis apud Pollucem IX. 62: οἱ μέντοι ὀκτὼ ὀβολοὶ ἡμίεκτον ὠνομάζοντο, ὥς φησιν ἐν Λαμίᾳ Κράτης·

Ἡμίεκτόν ἐστι χρυσοῦ, μανθάνεις; ὀκτὼ ’βολοί.

Nihil vitii in his verbis suspicatus est M., nisi quod pro μανθάνῃς recte edidit μανθάνεις, neque alius, quantum scio, quisquam. Scire tamen pervelim quid sit istud χρυσοῦ; etenim quis credat, monetam auream fuisse ἡμίεκτον, quae valeret octo tantum obolos? Ne multa; suspicor latere nomen proprium et scribendum esse;

Ἡμίεκτόν ἐστι, Χρυσὲ, μανθάνεις; ὀκτὼ ’βολοί.

i. e. *hemihectum valet, Chryse intelligisne? octo obolos.* Χρυσός autem, servile nomen, legitur apud Aristophanem in Vesp. vs. 1250:

παῖ παῖ τὸ δεῖπνον Χρυσὲ, συσκεύαζε νῷν
ἵνα καὶ μεθυσθῶμεν διὰ χρόνου κτἑ.

Lenius quidem, sed dubito an verius, loco nostro, ne litera quidem mutata, scribere possis:

Ἡμίεκτόν ἐστι, Χρύσ’ οὐ μανθάνεις; ὀκτὼ ’βολοί.

Aristophanes certe hac formula nusquam, illa satis frequenter utitur v. c. Av. vs. 1000., ubi haec Meto:

αὐτίκα γὰρ ἀήρ ἐστι τὴν ἰδέαν ὅλος
κατὰ πνιγέα μάλιστα· προσθεὶς οὖν ἐγὼ
τὸν κανόν’ ἄνωθεν τουτονὶ τὸν καμπύλον,
ἐνθεὶς διαβήτην — μ α ν θ ά ν ε ι ς; Pisth. οὐ μανθάνω.

cf. vs. 1485 et Ran. vs. 196.

Pessime a librariis habitum est fragmentum, quod ex Pherecratis Ἀγρίοις affert Scholiasta ad Arist. Av. 1296: Φαίνονται τὸν Λυκοῦργον Αἰγύπτιον εἶναι νομίζοντες ἢ τὸ γένος ἢ τοὺς τρόπους· Φερεκράτης Ἀγρίοις.

οἶμαι δ’ αὐτὸν κινδυνεύειν εἰς τὴν Αἴγυπτον
οἴκους λέξεις, ἵνα μὴ ξυνέχῃ τοῖσι Λυκούργου πατριώταις.

Neque haec, quae se non expedire candide fatetur Meinekius, neque quae Kusterus, verisimiliter ex coniectura scribit, εἰς τὴν Αἴγυπτον φέροντα οἰκείας λέξεις, intelligi posse contendo. Locus adeo mendosus est, ut vix sine melioribus libris ad pristinam sanitatem revocari posse videatur. Quandoquidem igitur in loco conclamato aliquanto plus audaciae concedatur, dicam quid mihi venerit in mentem. Colloquuntur, ni fallor, duo cives Attici, quorum alter narrat, Graecum nescio quem in Aegyptum esse profectum, qua re audita, alter »vae mihi:" exclamat »quid dicis? an eo se contulit, ut ibi vivat cum Lycurgi popularibus?" Lycurgus enim, ut Grammatici loquuntur, ἐκωμῳδεῖτο ὡς Αἰγύπτιος. Cur autem poeta πατριώτας non πολίτας dixerit, docebit Mein. in ed. mai. Fortasse igitur, si poetae mentem perspexi, licebit locum in hunc fere modum refingere:

A. *οἶμαι δ' αὐτὸν κινδυνεύειν εἰς τὴν Αἴγυπτον [ἰόντα]*
B. *οἴμοι τί λέγεις; ἵνα δὴ συζῇ τοῖσι Λυκούργου πα-*
(τριώταις;

Scripsi *οἴμοι τί λέγεις* ut legitur v. c. apud Aristophanem Vesp. vs. 696: *ταυτί με ποιοῦσ'; οἴμοι τί λέγεις; ὥς μοι τὸν θῖνα ταράττεις κτἑ.* Pro *συζῇ* fortasse retineri potest vulgata scriptura *ξυνέχῃ*. Nempe verbum *συνέχεσθαι* frequentissime adhiberi solet de quacunque re tristi et molesta, quae homines angat atque vexet. Plat. Gorg. 512 a: *ἀνιάτοις νοσήμασι συνεχόμενος*. Id. Legg. IX. 863 c: *ὀνείδει, ἀγνοίᾳ ξυνεχόμενος*. Id. Soph. 250 d: *πάσῃ συνεχόμεθα ἀπορίᾳ*. Isocr. V. 8: *συνέχεσθαι τοῖς κακοῖς*. Thuc. II. 49: *τῇ δίψῃ ἀπαύστῳ ξυνεχόμενοι*, quae exempla multis aliis augere possem. Fieri igitur potest, ut Pherecrates, hoc verbo usus sit, quo magis is, qui haec dicat, significet, se Lycurgum eiusque populares contemnere. Similiter iuvenis ille apud Aristophanem in Ecclesiazusis, quem aniculae *οἰστρῶντι πόθῳ* persequuntur, exclamat:

μὴ πρὸς θεῶν·
ἑνὶ γὰρ ξυνέχεσθαι κρεῖττον ἢ δυοῖν κακοῖν.

duas istas prurientes mulieres significans.

In eiusdem *Γραῶν* fragmento II. apud Athen. IX. p. 395 a, b: *ἀπόπεμψον ἀγγέλλοντα τὸν περιστερόν·* nemo non videt, pro *ἀγγέλλοντα* requiri tempus Futurum *ἀγγελοῦντα*. Fragmentum huius fabulae quartum apud Suidam in voc. *'Αθηναίας*:

'Αθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς ξυμμάχοις·

ne metrum ruat, ita vocabulis transpositis refingi debet:

Αὐταῖς 'Αθηναίαις τε καὶ ταῖς ξυμμάχοις.

quae res quomodo Meinekium fugere potuerit, non intelligo.

Non deest, quod offendat in fabulae Pherecrateae, cui *'Επιλήσμων* sive *θάλαττα* inscribebatur, fragmento IV, quod servavit Schol. ad Arist. Vesp. 1034:

κἂν μὲν σιωπῶ, φέρεται, πνίγεται
καί φησι, τί σιωπᾷς; ἐὰν δέ γ' ἀποκριθῶ
οἴμοι τάλας φησίν, χαράδρα κατελήλυθεν.

vs. 1. non displicet quod M. coniecit: *δυσφορεῖ καὶ πνίγεται*, sed evidentia haec suspicio caret.
vs. 2. aut corruptum est *ἀποκριθῶ*, pro qua forma veteres Attici constanter utebantur Aoristo Medii *ἀποκρίνωμαι*, aut falso hoc fragmentum tribuitur Pherecrati. Verba esse videntur mulieris, querentis de marito suo, cf. Aristoph. Thesmoph. vs. 508 sqq.

Probabili coniectura vitium sustulisse mihi videor, e brevi fragmento (III) *Ἴπνου ἢ Παννυχίδος* eiusdem poetae apud Grammaticum Bekk. Anecd. p. 379:

'Υποζυγίοις ἀλοάσαντ' εὐθὺς ἐκποιῆσαι.

Optime Meinekius verborum sensum hunc esse intellexit: *iumentis frumentum terere tritumque statim vendere.* Ut igitur haec Latina Graecis revera respondeant, suspicor ΕΚΠΟΙΗСΑΙ corruptum esse ex ΕΜΠΟΛΗСΑΙ, itaque scribendum esse:

ὑποζυγίοις ἀλοάσαντ' εὐθὺς ἐμπολῆσαι.

Verbum enim *ἐμπολᾶν*, quamvis plerumque *emendi* notionem habet, non raro significat: *vendere*, v. c. Arist. Pac. 1200 sq.:

ὡς πρὸ τοῦ
οὐδεὶς ἐπρίατ' ἂν δρέπανον οὐδὲ κολλύβου,

νυνὶ δὲ πεντήκοντα δραχμῶν ἐμπολῶ.

cf. vs. 448 et Xenoph. Anab. VII. 554.

Interpolatum esse puto fragmentum IV. e Pherecratis Κραπατάλοις apud Athen. XIV. p. 646 e: ψωθία τὰ ψαθύρια. Φερεκράτης ἐν Κραπατάλοις:

Λήψει δ' ἐν Ἅιδου κραπάταλον τριωβόλου
καὶ ψωθία.

Huic fragmento salutem afferre potest locus Pollucis, quem laudat M., IX. 83: ὄνομα δέ τι νομίσματος καὶ κραπατάλλους εἴτε παίζων εἴτε σπουδάζων Φερεκράτης ὠνόμασεν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι, λέγει δὲ τὸν μὲν κραπάταλλον εἶναι ἐν Ἅιδου δραχμήν· ἔχειν δ' αὐτὸν δύο ψωθίας· τὴν δὲ ψωθίαν εἶναι τριώβολον καὶ δύνασθαι ὀκτὼ κικκάβους. Nonne luce clarius ex hoc loco apparet, expuncto manifesto interpretamento τριωβόλου, (quod leviter corruptum est ex τριώβολον), fragmentum Pherecratis sic esse refingendum:

Λήψει δ' ἐν Ἅιδου κραπάταλον καὶ ψωθίαν?

quasi dicas λήψει δραχμὴν καὶ τριώβολον.

Post hunc autem versum consentaneum est aliam personam quaesivisse, quid κραπάταλον et ψωθία significarent, eique deinde priorem interlocutorem novorum horum numorum rationem explicasse.

Ad eandem comoediam fortasse non iniuria retulit M. reliquias, quas affert Aelius Dionysius ap. Eustath. ad Odyss. p. 1369. 43.

ὁ χορὸς δ' αὐτοῖς εἶχεν δάπιδας ῥυπαρὰς καὶ στρωματόδεσμα.

et ad hunc versum illustrandum apposite laudat Plutarchi locum e libello de glor. Athen. p. 349 a, quem obiter corrigere conabor. Legitur ibi sic: οἱ δὲ χορηγοὶ τοῖς χορευταῖς ἐγχέλεια καὶ θριδάκια καὶ σκελίδας καὶ μυελὸν παρατιθέντες εὐώχουν ἐπὶ πολὺν χρόνον φωνασκουμένους καὶ τρυφῶντας. Verbum φωνασκεῖσθαι, non minus soloecum est quam χαίρεσθαι, ἀγανακτεῖσθαι et similia. Confidenter igitur repono: εὐώχουν ἐπὶ πολὺν χρόνον φωνασκοῦντας καὶ τρυφῶντας, qua re monita, redeo ad Pherecratem, cuius fragmentum ex eadem fabula X apud Scholiastam ad Aristoph. Vesp. vs. 875 sic vulgatur:

Ὦ δέσποτ' Ἀγυιεῦ, ταῦτα σὺ μέμνησό μου.

Ruenti metro et laboranti sensui opem tulit Bernhardius scribendo ταῦτα νῦν μέμνησό μοι; quam coniecturam M. recepit in editione minori. Equidem verum esse arbitror:

ταῦτά νυν μέμνησό μοι.

Maioris momenti est quod in fragmento XIII (ex eadem comoedia) apud Pollucem X. 89 novandum esse videtur:

Μάχαιραν ἆρ' ἐνέθηκας; B. οὔ. A. τί μ' εἴργασαι;
ἀμάχαιρος ἐπὶ βόεια νοστήσω κρέα
ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος;

Scilicet huc pertinere suspicor fragmentum, quod falso, tamquam e Κοριαννοῖ petitum, laudasse videtur Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 406: Ἀνόδοντον: Κοριάννοις (sic) Φερεκράτης· Ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος ἀλήθει. Frustra diu multumque torsit istud ἀλήθει viros doctos, quod in ἄληθες mutandum Bernhardius, omnino recidendum iudicavit Meinekius. Quid si versu tertio poeta scripserit:

ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος, ἀλλ' ἔνθες ⏑ ⏑?

scilicet τὴν μάχαιραν τοῖς κρέασιν, nisi forte praestat scribere:

ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος [ὢν], ἀλλ' ἐντίθει.

Plura sunt, quae legentem offendant necesse est in Pherecratis Μεταλλεῦσιν, quae fabula falso, ut videtur, huic poetae tribuitur, cf. Athen. XV. p. 985 a et Phot. Lex. p. 32 12. Fragm. I legitur apud Athenaeum VI. p. 268 e

vs. 1 sq.: *Πλούτῳ δ' ἐκεῖν' ἦν πάντα συμπεφυρμένα*
ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς πάντα τρόπον εἰργασμένα.

Pro ἐκεῖν' requiritur ἐκεῖ i. e. ἐν Ἅιδου; vs. secundo non intelligo vim praepositionis ἐν, neque quid in fine versus significet εἰργασμένα. Fortasse scribendum:

Πλούτῳ δ' ἐκεῖ τὰ πάντα συμπεφυρμένα,
ἦν πᾶσιν ἀγαθοῖς πάντα τρόπον ἠρτυμένα.

Recte Meinekius reiecit Bergkii coniecturam ὠργασμένα, quod verbum de luto tantum similive materie subigenda usurparetur. Verum est, ni fallor, ἠρτυμένα, verbum in re culinaria de cibis parandis usitatissimum, quod vulgari errore ἠρτυσμένα scriptum facillime, ut error errorem parere solet, in εἰργασμένα, abire potuit.

vs. 3 sqq.:

ποταμοὶ μὲν ἀθάρης καὶ μέλανος ζωμοῦ πλέῳ
διὰ τῶν στενωπῶν τονθολυγοῦντες ἔρρεον
αὐταῖσι μυστίλαισι καὶ ναστῶν τρύφη,

vs. 4. τονθολυγεῖν verbum Graecum esse nego. Duo sunt verba, quorum significationes toto coelo diversae sunt τονθορύζειν (Arist. Ach. 653 et Vesp. 414) et πομφολυγεῖν. Illud est *murmurare, mussitare;* hoc *bullire, bullas emittere.* Non igitur dubium est, quin recipienda sit lectio codicis B. πομφολυγοῦντες, idque in editione minori fecisse M. nunc video. In fine

versus sequentis vocabula: καὶ ναστῶν τρύφη non habebunt, quo referantur, nisi rescripseris: καὶ ναστῶν τρύφῃ, nam auctoris mentem hanc fuisse puto: ποταμοὶ ἔρρεον αὐταῖσι μυστίλαισι καὶ αὐτῇ ναστῶν τρύφῃ. Similiter Pherecrates in fragmento primo Persarum apud Athenaeum VI. p. 269 c. vs. 3 sq.:

αὐτόματοι γὰρ διὰ τῶν τριόδων ποταμοὶ λιπαροῖς ἐπι-
(πάστοις
ζωμοῦ μέλανος καὶ Ἀχιλλείοις μάζαις κοχυδοῦντες
(ἐπιβλύξ
ἀπὸ τῶν πηγῶν τῶν τοῦ Πλούτου ῥεύσονται, σφῶν ἀρύ-
(τεσθαι.

Peccatum est contra Graecitatem in vs. 12:

τεύτλοισί τ' ἐγχέλεια συγκεκαλυμμένα.

nam pro συγκαλύπτειν, quod nihili est, requiritur ἐγκαλύπτειν. Non tamen difficile est poetae reddere quae scripsit, imprimis quum codices habeant ἐγχέλυα, quod praepostere in ἐγχέλεια mutavit Schweighaüserus. Verum esse arbitror

τεύτλοισί τ' ἐγχελύδι' ἐγκεκαλυμμένα.

Interprete egere videntur vs. 18 sq.: παρῆν δὲ χόνδρος γάλατι καταπενιμμένος | ἐν καταχύτλοις λεκάναισι κτἑ. Scilicet cum ultimis vocabulis male comparavit M. p. 158 ed. mai. κύλιξ ἀρύστιχος apud Phrynichum Athen. X. 424 c., κώθων λεπαστή apud Theopompum ibid. 485 c. et φιάλη λεπαστή apud Anaxandridem Athen. II. 131 c. Loci nostri ratio est non parum diversa, nam vertendum est: *in catachutlis tamquam in patinis*, poeta enim ita loquitur, ut quam maximam eduliorum copiam significet. Prorsus eodem modo Cratinus in Χείρωσιν fragm. XIII. dixit ἐξ ἀσαμίνθου κύλικος λεί-

βων, quae verba recte M. vertit: *ex asamintho (i. e. labro balneario) tamquam ex calice libans.* In talibus enim ὡς omitti solet.

vs. 20 sqq.

οἴμ' ὡς ἀπολεῖς μ' ἐνταῦθα διατρίβουσ' ἔτι,
παρὸν κολυμβᾶν ὡς ἔχετ' εἰς τὸν Τάρταρον.

Verissime M. monuit novo more h. l. Tartarum vocari beatam piorum sedem. An forte scripserat poeta:

παρὸν κολυμβᾶν ὡς ἔχομεν εἰς Ταίναρον.

qui descensus ad inferos notissimus est? ὡς ἔχομεν pro ὡς ἔχετε iam coniecit M., qui perperam διατρίβουσα vertit: *hic me detinens*, nam διατρίβειν constanter significat *moras nectere*, itaque pronomen pendere debet ab ἀπολεῖς. Saepius quidem post ἀπολεῖς in oratione concitata omittitur pronomen primae personae v. c. Arist. Plut. vs. 388. Nub. vs. 893, 1501. Eccl. vs. 774; non raro tamen additur v. c. Acharn. vs. 470. Pac. vs. 165. Thesm. vs. 1082 et Vesp. vs. 1197. In Vespis certe non a librario pronomen additum esse metrum evincit.

Fragm. II. apud Athenaeum XV. 685 a. legitur sic scriptum:

vs. 1. Ὑπ' ἀναδενδράδων ἁπαλὰς ἀσπαλάθους πατοῦντες.

Suspicionem movet Phrynichi glossa (Bekk. p. 109): ἀσπάλαθος· ἀκανθῶδες φυτόν· locum corruptum esse. Pursanus, teste M., coniiciebat: ἁπαλοὺς ἀσπαράγους. Ipse malim:

ὑπ' ἀναδενδράδων ἁπαλῶν ἀσπαλάθους πατοῦντες,

i. e. *sub teneris vitibus* cet. Possis etiam ἁταλοὺς ἀσπαλάθους i. e. *teneros aspalathos* coniicere. Id etiam in vulgata lectione displicet, quod ἀσπάλαθος, quum

alibi sit generis masculini, h. l. est feminini generis.

In fragmento I Persarum, quod legimus apud Athenaeum VI. p. 269 c. offendit me Futuri forma ῥεύσονται in hisce:

αὐτόματοι γὰρ διὰ τῶν τριόδων ποταμοὶ λιπαροῖς ἐπιπάστοις
ζωμοῦ μέλανος καὶ Ἀχιλλείοις μάζαις κοχυδοῦντες ἐπιβλὺξ
ἀπὸ τῶν πηγῶν τῶν τοῦ Πλούτου ῥεύσονται, σφῶν ἀρύ-
(τεσθαι.

Valde enim vereor, ut Attici, qui constanter uterentur Futuro Passivo ῥυήσομαι, unquam Futuro Medio huius verbi usi sint. Id certe mihi non persuadebunt duo incertissima testimonia, quae ad h. l. attulit M.; alterum est locus Cratetis Θηρίων fr. II. 4: ἐπὶ τῆς θαλάττης ὥσθ' ἑκάστῳ ῥεύσεται | εἰς τὴν πύελον, quod fragmentum ita depravatum est, ut ne hariolari quidem possimus, quid poeta voluerit, ubi quis v. c. praestiterit non legendum esse ὥστε καὶ ῥυήσεται. Alterum exemplum est Eurip. Thesei fr. VI.:

κάρα τε γάρ σου συγχέω κομαῖς ὁμοῦ
ῥανῶ τε πεδόσ' ἐγκέφαλον, ὀμμάτων δ' ἀπὸ
αἱμοσταγεῖς πρηστῆρε ῥεύσονται κάτω.

Sed ibi ῥεύσονται sanum non esse ipsum metrum evincit, neque ferri potest αἱμοσταγεῖς πρηστῆρε. Non tamen valde arridet, quod coniecit Bentleius et in textum recepit Hartungius: πρηστῆρες ὕσονται.

Nostro autem loco scribendum esse suspicor:

ἀπὸ τῶν πηγῶν τῶν τοῦ Πλούτου παρέσονται, κτέ.

collato simili loco Teleclidis ex Amphictyonibus.

Fragmenti primi versus est 9:

ὑποτριμματίων δ' ὀχετοὶ τούτων τοῖς βουλομένοισι παρῆσαν.

Vix autem monendum est, l. n. vocabula διὰ τῶν

τριόδων pendere a participio *κοχυδοῦντες*, cf. Theocr. Idyll. vs. 106 sq.:

πᾶσα μὲν ἐψύχθην χιόνος πλέον, ἐκ δὲ μετώπω
ἱδρώς μευ κοχύδεσκεν ἶσον νοτίαισιν ἐέρσαις, κτἑ.

cf. Strattid. apud Athen. I. p. 31 f.

Chironis auctor, sive is Pherecrates est sive Nicomachus sive quicumque alius (vide Athen. VIII. p. 364 a), Musicam, ut narrat Plutarchus de Musica p. 1140, in scenam produxerat habitu muliebri, corpore squalido et male mulcato, et interrogatam a Iustitia, cur tot tantisque iniuriis et contumeliis affecta esset, fecerat respondentem:

Λέξω μὲν οὐκ ἄκουσα, σοί τε γὰρ κλύειν
ἐμοί τε λέξαι θυμὸς ἡδονὴν ἔχει·
ἐμοὶ γὰρ ἦρξε τῶν κακῶν Μελανιππίδης
ἐν τοῖσι πρῶτος, ὃς λαβὼν ἀνῆκέ με
χαλαρωτέραν τ' ἐποίησε χορδαῖς δώδεκα
ἀλλ' οὖν ὅμως οὗτος μὲν ἦν ἀποχρῶν ἀνήρ
ἔμοιγε πρὸς τὰ νῦν κακά, κτἑ.

Duos primos versus, si non integri e tragoedia desumpti sunt, factos tamen esse apparet ad imitandam tragicam gravitatem; duos ultimos ita supplebat Hanovius:

ἀλλ' οὖν ὅμως οὗτος μὲν ἦν [νὴ τὸν Δία]
ἀποχρῶν ἀνὴρ ἔμοιγε πρὸς τὰ νῦν κακά.

Ipse aliquando conieci:

ἀλλ' οὖν ὅμως οὗτος μὲν ἦν ἀποχρῶν ἀνήρ
ἔμοιγε πρὸς τὰ νῦν [παρόντα μοι] κακά.

Quam scribendi rationem aliquanto verisimiliorem esse duco propter vs. 17:

ἀλλ' οὖν ἔμοιγε χοὗτος ἦν ἀποχρῶν ἀνήρ.

Eiusdem Chironis particulam servavit Athenaeus, IX. p. 368 (fragm. IV).

Νὴ τὸν Δί', ὥσπερ αἱ παροψίδες
τὴν αἰτίαν ἔχουσ' ἀπὸ τῶν ἡδυσμάτων,
οὓς ὁ καλέτας ἀξιοῖ τοῦ μηδενός.

Priora optime sic interpretatur Casaubonus: »*Ait paropsidas elogium consequi a condimentis*, nam, prout illa sunt bona aut mala, sic dicuntur paropsides bonae aut malae.” Versus tertii initium tam misere corruptum est, ut omni sensu carere videatur; neque quid proficimus virorum doctorum coniecturis. Quod enim Casaubonus suspicatur: *οὓς ὁ καλὸς οὗτος ἀξιοῖ τοῦ μηδενός*, etiamsi cum M. rescripseris *ἃς*, vel eo nomine falsum est, quod haec vix cum praecedentibus satis recte cohaerent. Non multum praestat Adami coniectura: *οὕτως ὁ καλέσας ἄξιος τοῦ μηδενός*, in quibus verbis non intelligitur, quomodo *ὁ καλέσας*, (pro quo *ὁ ἑστιῶν* dicendum fuisset), cum paropsidibus comparari potuerit. Post talia fortasse locus concedetur huic meae suspicioni:

Νὴ τὸν Δί', ὥσπερ αἱ παροψίδες
τὴν αἰτίαν ἔχουσ' ἀπὸ τῶν ἡδυσμάτων,
οὕτω τὸ κάλλος ἀξιῶ τοῦ μηδενός,

ut versus, qui apud poetam post vs. 3 sequeretur, huiuscemodi sensus fuerit:

nisi ad pulchritudinem accedant probi mores.

Quae coniectura si vera est, hoc dicit Pherecrates »pulchritudinem sine probis moribus (*χρηστὸς τρόπος*) esse tamquam paropsidem sine condimentis.” Quam parum autem Athenaeus curet omittere, quae ad sententiam sunt plane necessaria, exemplo esse potest

fragmentum ex Pseudohercule, quod affert III. p. 122 e.

Inter fragmenta Pherecratis, quae ad Fabulas Incertas pertinent, facile emendari potest id, quod apud M. legitur numero XXIX. Laudatur a Grammatico Bekkeri Anecd. p. 451. 15 Ἀσελγές: πᾶν τὸ σφοδρὸν καὶ βίαιον — καὶ Φερεκράτης· οἷον αὐτόπνιγος ὡς ἀσελγὴς φησί που. Quae aliis se emendanda relinquere ait M. Vocabulis aliter divisis, exibit haec sententia:

οἷον αὖ τὸ πνῖγος! ὡς ἀσελγές!

quae aut Iamborum aut Trochaeorum reliquias continent cf. Eupolidis Fab. Inc. Fragm. XXV.

Ex Teleclidis Πρυτάνεσι corruptela laborat fragm. I apud Scholiastam Aristophanis Vesp. 382: ἀλλ' ἔοικεν ὁ Λάβης ὠνοματοποιῆσθαι ἁπλῶς, καθάπερ ὁ Δάκης ὁ παρὰ Τηλεκλείδῃ ἐν Πρυτάνεσι Δάκης:

Δάκης τίς ἐστιν ὅντιν' ἀνθρώπων ὁρᾷς.

Si Δάκης apud Teleclidem, quod fere e Scholiastae verbis suspiceris, est canis, necessario scribendum est ὁρᾷ pro ὁρᾷς, et fortasse, quamvis hoc urgere nolo, ἥντινα pro ὅντινα. Fuit quum crederem, sermonem esse de rhetore vel sycophanta, collato Aristophanis loco in Thesmophoriazusis vs. 528 sq.:

ὑπὸ λίθῳ γὰρ
παντί που χρὴ
μὴ δάκῃ ῥήτωρ ἀθρεῖν,

nunc vero illam opinionem potiorem esse iudico. Ex eiusdem fabula incerta fragmentum XVII, quod nondum intellectum esse videtur, interpretari conabimur. Legitur apud Scholiastam ad Aristophanis Av. 17: τὸν μὲν Θαρρελείδου] Σύμμαχος Ἀσωπόδωρον, καὶ γὰρ οὗτος ἐπὶ μικρότητι ὑπὸ Τηλεκλείδου κεκωμῴδηται· καὶ

ὁ κολοιὸς μικρὸς ὢν ἐκ τῶν πτερῶν τὴν σύστησιν ἔχει. Meinekius adnotat: »haec postrema quid sibi velint non intelligitur.” Facile credo; sed intelligetur, si scripseris:

καὶ κολοιὸς μικρὸς ὢν
ἐκ τῶν πτερῶν [μόνων] ἔχει τὴν σύστασιν.

Sunt enim ni fallor ipsa Teleclidis verba, quibus irriserat Asopodorum. Sensus autem minime obscurus hic est: *et parvus graculus cum sit e solis plumis constat*, quod dictum est simili ὑπερβολῇ, ac v. c. Aristophanes dixit Av. vs. 901:

τὰ γὰρ παρόντα θύματ' οὐδὲν ἄλλο πλὴν
γένειόν ἐστι καὶ κέρατα.

Pervenimus ad Hermippi Μοίρας, cuius comoediae fragmentum IV apud Athen. X. p. 418 d. ita scribitur:

Ὁ Ζεὺς δὲ τούτων οὐδὲν ἐνθυμούμενος
μύων ξυνέπλαττε Θετταλικὴν τὴν ἔνθεσιν.

Utrum haec significant: *premens oculos manibus fingebat Thessalicam (i. e. permagnam) bucceam;* pro ξυνέπλαττε rescribendum est ἐνέκαπτε i. e. *avide deglutiebat?* Videas v. c. Arist. Pac. 7, Vesp. 791, Stratt. apud Athen. VII. p. 327 e. Utcumque vero statuatur, pro Θετταλικὴν τὴν ἔνθεσιν Graecitas postulat Θετταλικήν τιν' ἔνθεσιν. Eiusdem fabulae fragmentum VII apud Schol. Arist. Ran. 320. sic edidit M.:

Μείζων γὰρ ἢ νῦν δή 'στι, καὶ δοκεῖ γέ μοι
ἐὰν τοσοῦτον ἐπιδιδῷ τῆς ἡμέρας,
μείζων ἔσεσθαι Διαγόρου τοῦ Τερθρέως.

Pro νῦν δή malim uno vocabulo νυνδή scribere. Praeterea non spernendum videtur, quod Suidae codices habent vs. 3: ἔτ' ἔσται pro ἔσεσθαι, quae scriptura

elegantior videtur quam ut e mero errore eam natam esse iudicemus. Ni fallor ea lectio fluxit e codice, in quo locus in hunc modum fuerat constitutus:

Μείζων γὰρ ἢ νυνδή 'στι καὶ, δοκεῖν γ' ἐμοί,
ἐὰν τοσοῦτον ἐπιδιδῷ τῆς ἡμέρας,
μείζων ἔτ' ἔσται Διαγόρου τοῦ Τερθρέως.

Fateor tamen in vulgata lectione nihil esse, quod iure reprehendas.

Ad *Phormophoros* retulit Meinekius elegantissimum eiusdem poetae fragmentum, quod habet Athenaeus I. p. 29 e:

Μενδαίῳ μὲν ἐνουροῦσιν καὶ θεοὶ αὐτοὶ
στρώμασιν ἐν μαλακοῖς. Μάγνητα δὲ μειλιχόδωρον
καὶ Θάσιον, τῷ δὴ μήλων ἐπιδέδρομεν ὀδμή,
τοῦτον ἐγὼ κρίνω πολὺ πάντων εἶναι ἄριστον
τῶν ἄλλων οἴνων μετ' ἀμύμονα Χῖον ἄλυπον.

In vs. primo a scribis titubatum esse ex metro apparet. Alii alia tentarunt; Bergkius: Μενδαῖον μὲν ἐφ' ᾧ καὶ ἐνουροῦσιν θεοὶ αὐτοί. Hermannus: Μενδαῖον, τοῦ μὲν καὶ ἐ. θ. α. Ipse suspicor:

Μενδαῖον μὲν ἐνουροῦσιν μάκαρες θεοὶ αὐτοί κτἑ.

nisi forte praestat Μενδαίου κτἑ. Deinde vs. 4to scribendum videtur:

τούτῳ ἐγὼ κρίνω πολὺ πάντων εἶναι ἀρίστῳ,

cuius coniecturae causa in aprico est.

Addatur observatio ad Fab. Inc. fr. VIII, quod legitur apud Moeridem Atticistam p. 348: Σωδάριον· Ἕρμιππος τὸ ὑφ' ἡμῶν σουδάριον. M. adnotat: »Nisi »Epicharmi nomen pro Hermippo reponendum est, su»spicari licet, Siculum hominem ab Hermippo indu»ctum esse, qui illa voce uteretur." At utraque ha-

rum suspicionum, me iudice, nihil proficitur, nam omnino incredibile est, iam quinto a Chr. n. seculo vocabulum *sudarium*, quod ipsa analogia Latinum esse probat[1]), in Siculorum linguam translatum fuisse. Qua de causa longe verisimilius esse puto, Moeridem, hominem, quod nemo nescit, insigni stupore, in errorem inductum esse levi corruptela in Hermippi codice, ubi proclivi vitio pro ΚΩΔΑΡΙΟΝ i. e. *pellicula* CΩΔΑΡΙΟΝ exaratum fuerit; quo vocabulo lecto sed non intellecto, ingeniosum Grammaticum idem id significare credidisse ac σουδάριον, quod substantivum aequales illi Graeculi, mutuum sumptum a Romanis, adhibebant pro antiqua glossa: καψιδρώτιον sive ἡμιτύβιον. Cuius rei disertum est Pollucis testimonium Z. 71 (ed. Bekk.): τὸ δ' ἡμιτύβιον, ἔστι μὲν καὶ τοῦτο Αἰγύπτιον, εἴη δ' ἂν κατὰ τὸ ἐν τῇ μέσῃ κωμῳδίᾳ καψιδρώτιον καλούμενον, ὃ νῦν σουδάριον ὀνομάζεται. Conferantur doctissimae Piersoni, Vossii et Salmasii ad Moeridis locum disputationes.

Eupolidis fragmentum e *Capris* II apud Erotianum gl. Hipp. p. 348 a Cobeto, viro clarissimo, in observationibus criticis ad Platonis Comici reliquias ita constitutum est:

— — — αὐτῶν ἦν κάμῃ τις, εὐθέως πρὸς αὐτὸν
ἐρεῖ· πρίω μοι σελάχιον B. τί δ' ἦν ἴδῃ λύκον[τις];
A. κεκράξεται Φράσει τε πρὸς τὸν αἰπόλον [δραμοῦσα].

vs. primo codices, ὡς ἥ ποτ' αὐτῶν ἦν κάμῃ κτἑ.; unde fortasse licebit versum ita explere, ut scribamus:

---

[1]) Vossius comparat: *pomarium*, *armarium*, *apiarium*, *rosarium*, alia.

ὡς ἦν ποτ᾽ αὐτῶν δὴ κάμῃ τις κτέ.

Leve vitium eximatur ex Autolyci fragm. XII:

Ἆρα σφόδρ᾽ ἐνεούρησεν ἐξώλης γέρων;

nempe pro ἐξώλης requiritur οὐξώλης.

Prava interpunctione sensus periisse videtur in *Baptarum* fragm. XVIII, quod legitur apud Scholiastam Aristoph. Ran. 421: οὗτος (Ἀρχέδημος) ὡς ξένος κωμῳδεῖται, καὶ Εὔπολις Βάπταις· Ἐπιχώριος δέ ἐστι καὶ ξένης ἀπὸ χθονός. Est haec scriptura Aldina, unde M. sine sensu edidit in editione maiori:

ἐπιχώριός ἐστι καὶ ξένης ἀπὸ χθονός.

Codex Venetus habet ἐπιχώριος δέ ἐστιν ἢ κτέ., Ravennas denique ἐπιχώριος δέ ἐστι ἢ κτέ., quam lectionem leniter emendatam M. repraesentandam curavit in ed. minori:

ἐπιχώριος δ᾽ ἔστ᾽ ἢ ξένης ἀπὸ χθονός·

in qua metrum egregie convenit paroediae tragici nescio cuius, quae manifesta huic loco inest. Sed vel sic edita haec verba sensu carebunt, nisi in fine addideris signum interrogandi. Illud enim ideo ineptissime dicitur, quod cadit in unumquemque; hoc significabit: *utrum vero civis est Archedemus an peregrinus?*

Vereor, ut recte M. praeeunte Raspio interpretatus sit *Demorum* fragm. XI apud Tiberium rhetor. 47. p. 66.

Ἅπασα γὰρ ποθοῦμεν ἡ κλεινὴ πόλις.

Adnotat enim: *sunt chori verba afflictam civitatem ad meliorem rerum conditionem restitui ardentissime cupientis.* Melius certe dixisset: *sunt chori verba pristinam conditionem, qua optima olim vivo Pericle urbs usa fuerat, desiderantis*, nisi forte mavis: *ipsum Periclem desiderantis.* Eiusdem fabulae fragmentum sequens (Etym. M. p. 200, 52.) leni mutatione ita corrigo:

Ἀμβλυστονῆσαι κἀγχλοῆσαι τὴν πόλιν.

pro καὶ χλοῆσαι scribens κἀγχλοῆσαι. Non maiori negotio vera scriptura revocari poterit in fragm. XV, quod servavit Stobaeus Flor. XLIII. 9:

καὶ μὴν ἐγὼ πολλῶν παρόντων οὐκ ἔχω τί λέξω.
οὕτω σφόδρ᾽ ἀλγῶ τὴν πολιτείαν ὁρῶν παρ᾽ ἡμῖν,
ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω τέως ᾠκοῦμεν οἱ γέροντες κτέ.

Nam sive Pericli sive, quod verisimilius esse puto, cum Meinekio Myronidi haec verba tribuamus, pro παρ᾽ ἡμῖν necessarium videtur παρ᾽ ὑμῖν, opponuntur enim vocabula ἡμεῖς οἱ γέροντες; vs. 6. οἷς ὡσπερεὶ θεοῖσιν ηὐχόμεσθα; fortasse haec scribenti poetae obversabatur Homericum illud: θεὸς ὣς ἐτίετο δήμῳ; vs. 7. scribere malim: νυνὶ δ᾽ ὅποι τύχωμεν στρατευόμεσθα κτέ. pro τύχοιμεν.

Proverbialem colorem referre videtur fragmentum XXIV, quod si recte iudico, non satis integrum legitur apud Etym. M. p. 673, 27: τὸν δὲ πίσω μέλλοντα ὁ τεχνικὸς μὴ εἰρῆσθαί φησι, καὶ ταῦτα εἰρημένου αὐτοῦ καὶ παρὰ Πινδάρῳ — καὶ παρὰ Εὐπόλιδι:

Ὅτῳ δ᾽ ἂν οἶνος ᾖ πολὺς πίσει.

Ita correxere Fritzchius et Hermannus, ille ὅτῳ pro τῷ, hic ᾖ pro εἴη reponens. Sed sanum sensum in his verbis vereor ne frustra quaesiveris, ante quam senarium Eupolideum in hunc modum restitueris:

ὅτῳ δ᾽ ἂν οἶνος ᾖ πολὺς, πίσει (πολύν).

collata proverbiali apud nostrates locutione, *die 't*

breed heeft, laat het breed hangen. An forte πίσει pertinet ad Boeöticam dialectum? Frustra hac de re consului Ahrensii libellum de dialectu Aeolica.

Adnotandi ad hanc fabulam finem facio in corrigenda glossa (fragm. XLV.) apud Antiatticistam p. 98. 27. Ἥσθημα: τὴν ἡδονήν, Εὔπολις Δήμοις. Videlicet non facile mihi persuadebo, antiquae comoediae poetam tantopere peccare potuisse contra analogiam linguae Graecae, ut a verbo ἥδομαι derivaverit substantivum ἥσθημα, quod vocabulum non magis Graecum esse puto quam verbum ἡσθεῖν, e quo solo originem ducere potuerit. Suspicor igitur Eupolidem, ut saepe alii comici fecerunt, finxisse ab ἥδομαι novum vocabulum ἧσμα, quod grammaticus, quia alibi nusquam reperiretur, notandum sibi esse existimarit.

Grammatica Graeca violari videtur in *Helotarum* fragm. III apud Athenaeum XIV. p. 638 d:

Vs. 3.

κεῖνος νυκτερίν' εὗρε μοιχοῖς ἀείσματ' ἐκκαλεῖσθαι
γυναῖκας ἔχοντας ἰαμβύκην τε καὶ τρίγωνον.

Siquidem haud dubie vera est lectio μοιχοῖς, et prorsus nihili est, perquam infelix Hermanni inventum μυχοῖς, non dubito quin vs. 4. pro ἔχοντας requiratur ἔχουσιν.

Interpolatum esse arbitror Κολάκων fragm. XIX, quod servavit Pollux IX. 90:

φοροῦσιν, ἁρπάζουσιν ἐκ τῆς οἰκίας
τὸ χρυσίον, τἀργύρια πορθεῖται.

Nonne expuncto verbo ἁρπάζουσιν, quod verbi praecedentis interpretamentum esse videtur, rescribendum est:

φοροῦσιν ἐκ τῆς οἰκίας τὸ χρυσίον,
τἀργύρια πορθεῖται.

Non recipienda est Schaeferi coniectura in eiusdem comoediae fragm. VII (Plut. Am. et Adul. p. 54 b):

τῶν περὶ τάγηνον καὶ μετ' ἄριστον φίλων.

pro μετά corrigentis κατά. Solemnis enim loquendi usus postulat, ni fallor: παρ' ἄριστον, ut Graecum est: παρὰ δεῖπνον, παρὰ ποτὸν, παρ' οἶνον, similia.

Lacunosus est versus primus fragmenti II *Urbium*, quod affert Schol. Arist. Av. 881:

Αὕτη Χίος, καλὴ πόλις . . . . . .
πέμπει γὰρ ἡμῖν ναῦς μακρὰς ἄνδρας θ' ὅταν δεήσῃ,
καὶ τἄλλα πειθαρχεῖ καλῶς, ἄπληκτος ὥσπερ ἵππος.

Hermannus supplet πάρεστι, quae coniectura incertissima est; nam quis praestiterit, initium versus non hanc continuisse quaestionem: *Quaenam est urbs haecce?* ut in fragm. IV legimus:

ἡ δ' ὑστάτη τίς ἥδε; B. Κύζικος πλέα στατήρων.

nam vere ita rescripsit Cobetus, vir clar., in obs. crit. in Plat. Com. rel. p. 189 pro ποῦ 'σθ'; B. ἥδε κ. τ. ἑ. Erunt igitur fortasse, quibus non displiceat:

τίς δ' ἐστὶν αὑτηΐ; B. Χίος, καλὴ πόλις. Πόσειδον!

sed incertum hoc quoque esse facile largior, nam pro Πόσειδον v. c. eodem iure possis φίλε Ζεῦ.

Nomen proprium in pronomen corruptum esse coniicio in fragmento eiusdem comoediae XV, quod debemus Scholiastae Aristoph. Pac. vs. 1031:

Ὡς αὖ τιν' ἔλθω δῆτά σοι τῶν μάντεων;
πότερος ἀμείνων ἀμφοτέρων, ἢ Στιλβίδης;

quorum versuum secundus, vel si cum Florente Christiano pro ἢ scribas ἦ, omnem interpretandi operam

illudit. Plures enim duobus, opinor, Athenis erant haruspices; neque igitur, nisi duobus nominibus memoratis, quaeri poterat uter alterum arte superaret. Lenissima autem mutatione rescribere possis:

πότερος ἀμείνων Ἀμφοτερὸς ἢ Στιλβίδης;

Nolo tamen diffiteri nusquam, quod sciam, apud scriptores Graecos de haruspice huius nominis mentionem fieri, eamque rem non exiguum mihi scrupulum movere, imprimis propterea quod Stilbides sit satis nobilis, cf. Mein. Hist. Crit. p. 141.

Amicorum fragm. II apud Ammon. Diff. verb. p. 133. Σχισταὶ τὰ ὑποδήματα· Εὔπολις Φίλοις·

Οὐ δεινὰ ταῦτα δὲ Ἀργείας Φέρειν
σχιστὰς ἐνεργεῖν.

M. priora sic restituit:

οὐ δεινὰ ταῦτα δ' ἐστὶν Ἀργείας Φέρειν
σχιστάς;

De vestimentis et omnino de cultu habituque corporis, ut apud Latinos *gestare*, sic apud Graecos constans fere et solemne est verbum φορεῖν, quod igitur hoc quoque loco pro Φέρειν reponendum esse videtur. Praeterea displicet vocula δέ, non suo, ut videtur, loco illata. Itaque scripserim:

οὐ δεινὰ ταῦτα δή 'στιν Ἀργείας φορεῖν
σχιστάς;

Quid monstri alat ἐνεργεῖν videant alii, recte saltem Toupii coniecturam ἐν ἔργῳ suspicantis repudiavit M.

Una syllaba ad explendum senarium deest in fragmento VI eiusdem comoediae, quod legitur apud Photium p. 329, 1: ὅλμοι καὶ ὑφόλμια· ἐπὶ αὐλῶν· Εὔπολις Φίλοις·

Ῥέγκειν δὲ τοὺς ὅλμους — οἴμοὶ τῶν κακῶν.

Lacuna minor est, quam ut verbum, unde suspensus fuerit Infinitivus ῥέγκειν, excidere potuerit. Fortasse verum est:

Ῥέγκειν δὲ τοὺς ὅλμους· »ἰώ μοι τῶν κακῶν."

i. e. *stertere ligulas: »vae mihi propter mala."* Nisi forte convicium haec vocabula continent detortum in imperitum quemdam tibicinem, sermo est de tam crebro tibiarum usu, ut ligulae tristem sortem miserantes exclament: »vae mihi cet." Ἰώ μοι legitur v. c. Arist. Nub. vs. 1261, Vesp. vs. 750. Genitivum additum invenies, ut nostro loco, Thesmoph. vs. 245.

Duobus vocabulis augendum videtur Phrynichi fragm. VIII e *Tragoedis* sive *Libertinis*, quod affert Priscianus Instit. Gramm. XVIII. p. 246 ed. Krehl.: Attici: πονηρὸς τὴν τέχνην· Φρύνιχος Τραγῳδοῖς·

Αἰτίαν ἔχει
πονηρὸς εἶναι τὴν τέχνην.

Collatio vero Scaligeriana habet: ἂν ἐκεῖνον ἢ πόνηρος εἶν' ἀρνῇ τέχνην; unde perperam me iudice haec extricavit M.:

ἐὰν ἐκεινονί
πονηρὸν εἶν' ἀρνῇ τέχνην.

quae coniectura vel eo nomine falsa est, quod articulus necessario requiritur. Scaligeri autem collatio, si mihi credis, multo mendosior est quam vulgata scriptura, sed propterea non contemnenda, quod per eam fragmentum duo vocabula lucratur. Nempe Phrynichum in hunc modum scripsisse crediderim:

ἐάν ἐκεῖνο(ς αἰτίαν ἔχ)ῃ
πονηρὸς εἶναι τὴν τέχνην.

atqui dixisse: *si ille insimulatur, quod male artem*

suam exerceat.

Vereor ut recte correxerint viri docti codicum lectionem in eiusdem *Comissatorum* fragm. I. Athen. IX. p. 474 b:

εἶτα κεραμεύων ἂν οἶκοι σωφρόνως Χαιρέστρατος
ἑκατὸν ἂν τῆς ἡμέρας ἔκλαιεν οἴνου κανθάρους.

vs. 2. pro ἔκλαιεν Letronnius et Bergkius reposuerunt ἔκαεν. Nescio tamen an praestet rescribere quod verbum de figulis deque arte figlina solemni usu tritissimum est: ἔπλαττεν.

Eidem comico tribuitur a M. fragmentum (Inc. Fab. X), quod reperitur apud Priscianum In. Gr. p. 198: *Participia pro verbis ponunt Attici, quod frequenter faciunt Latini.* Φρύνιχος·

Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, μή μ' ἀτιμάσας γένῃ

pro μή μ' ἀτιμάσῃς.

Haec autem periphrasis non comicis neque iis scriptoribus, qui sermone vitae quotidianae utebantur, erat in usu. Soli tragici talem dicendi ubertatem amplectebantur et habebant in deliciis, prae reliquis omnibus Sophocles. Et hinc igitur et ex metro et ex universae orationis gravitate, alterutrum verum esse apparet: aut locum nostrum continere tragici cuiusdam versus paroediam, aut, potius quam comico Phrynicho, cognomini tragico hunc versum esse assignandum.

Transeo ad PLATONEM, in cuius [1]) *Amphiarao* unum

---

[1]) In ed. min. iure M. amplectitur coniecturam Dobraei in Scholiastae verbis: *ὡς καὶ Πλάτων φησὶν Ἀμφιαρέῳ·* pro *Πλάτων* suspicantis *πάλιν*, itaque hoc fragmentum Aristophani vindicantis.

superest fragmentum apud Schol. Arist. Plut. 174:

καὶ νὴ Δί' εἰ Πάμφιλόν γε φαίης
κλέπτειν τὰ κοίν' ἅμα τε συκοφαντεῖν.

Recte Meinek. improbat Bergkii rationem pro ἅμα τε legentis ἅμ' τε, quod ne tragico quidem, ne dum comico poetae, dicere licebat. In eo tamen ipse falli mihi videtur, quod in hoc metri genere tribrachyn pro iambo spondeove admitti posse credit. Ego nil ultra requirerem, si legeretur:

κλέπτειν τὰ κοινὰ καὶ συκοφαντεῖν.

Sed vereor ne haec ratio sit nimis violenta, si quidem non apparet mendi origo.

Valde depravatum nobis tradiderunt Athenaei librarii (IX. p. 376) locum, qui olim legebatur in Platonis *Europa*, cuius fabulae apud M. est fr. I:

Γυνὴ καθεύδουσ' ἐστὶν ἀργόν. B. *μανθάνω.*
A. *Ἐγρηγορυίας δ' εἰσὶν αἱ παροψίδες,*
αὗται μόνον κρείττους πολὺ χρῆμ' εἰς ἡδονήν
ἠταλλαβεῖν. οὐ γάρ τινες παροψίδες
εἶσ', ἀντιβολῶ σε.

Loco tam misere habito, ut in eo vel emendando vel explicando nihil se videre candide fateatur M., vir non vulgaris ingenii, insperatam lucem obtulit vir. clar. Cobetus in obs. crit. in Plat. Com. rel. p. 193 ingeniosa sua non minus quam vera interpretatione. Idem acutissime coniecit:

Γυνὴ καθεύδουσ' ἐστὶν ἀργόν. B. *μανθάνω.*
A. *Ἐγρηγορυίας δ' εἰσὶν αἱ παροψίδες,*
αὗται λόγου κρεῖττόν τι χρῆμ' εἰς ἡδονήν
— — — — — — *οὐ γάρ;* B. *τίνες*
παροψίδες εἰσίν, ἀντιβολῶ σε;

Gravis autem me tenet suspicio, in literarum ista serie, quam ille aliorum sagacitati commendavit; ΗΤΑΛΛΑΒΕΙΝ latere ΗΤΑΛΛΑΠΑΝΤ i. e. ἢ τἄλλ' ἅπαντ', quae si vera est coniectura, non longe absum, quin vs. 3 sqq. in hunc fere modum constituendum esse credam:

αὗται μόναι κρεῖττον πολὺ χρῆμ' εἰς ἡδονὴν
ἢ τἄλλ' ἅπαντ', οὐ γάρ; Β. τίνες παροψίδες
εἶσ' ἀντιβολῶ σε;

Ex eadem fabula fragm. II apud Athen. VII. p. 328 f. recte emendasse videtur M. quamvis loci sententiam, ut ipse fatetur, non capiens. Nos igitur locum ita scriptum, ut M. scribendum proposuit, interpretari conabimur:

Ἁλιευόμενός ποτ' αὐτὸν εἶλον ἀνδράχνῃ
μετὰ πρημνάδων, κἄπειτ' ἀφῆχ' ὅτι ἦν βόαξ.

Codices vs. 1. habent *εἶδον ἀνδράχμῃ* et vs. 2. *ἀφῆκεν*. Homo nescio quis »*Aliquando*," inquit, »*quum piscarer, eum cepi ope portulacae una cum thynnis et deinde rursus eum abieci, ut βόακα esse animadverti.*" Ni fallor, sermo est de homine quodam clamoso, de rhetore opinor aut sycophanta, et aliis verbis hoc dicere videtur quicunque in hisce reliquiis loquitur; se nescio quem una cum aliis hominibus iisque elegantissimis (thynnos enim, ut notum est veteres habebant in deliciis) lautis suis epulis velut esca quadam illexisse; mox vero se eundem, quum clamosum (*βόακα*) esse intellexisset, rursus a se dimisisse. Similiter in huius piscis nomine, (quasi a *βοᾶν* originem duceret), lusisse videtur Pherecrates in *Μυρμηκανθρώπων* fragmento III:

τί ληρεῖς; ἀλλὰ φωνὴν οὐκ ἔχειν
ἰχθὺν γέ φασι τὸ παράπαν. Β. νὴ τὼ θεώ,
οὐκ ἔστιν ἰχθὺς ἄλλος οὐδεὶς ἢ βόαξ.

In posterioribus, quae sic scripta sensu carent, fortasse cum M. scribendum est *οὐδὲ εἷς βόαξ*.

Nondum persanatum esse videtur e *Pisandro* fragm. II apud gramm. Bekk. Anecd. p. 368. 12:

Γυνὴ γάρ, ἣν μὲν αὐτήν
ἀεὶ κολάζῃς, ἐστὶ πάντων χρημάτων κράτιστον,
ἐὰν δ' ἀνῇς ὕβριστον χρῆμα κἀκόλαστον.

Recte pro malis Bekkeri senariis tetrametros restituerunt Dindorfius, Meinekius et Cobetus. Dind. vs. 3 post *ἀνῇς* inseruit *αὐτήν*, M. *λίαν*; utroque longe melius Cobetus post *ὕβριστον* voculam *ἐστι* excidisse suspicatur. Non tamen diffiteor vix sanum mihi videri *ἀνῇς*, pro quo Aoristo exspectaveris tempus Praesens *ἀνιῇς*, ut in vs. praecedente legitur *κολάζῃς*; quapropter vide an scribendum sit:

ἐὰν δ' ἀνιῇς ἐστ' ὕβριστον χρῆμα κἀκόλαστον.

Ex Aristophane fortasse emendari poterit *Σκευῶν* fragm. II, quod affert Schol. ad Arist. Vesp. 1312:

Ἅψαι μόνον οὐκ ἂν ἄκρῳ τῇ Μορσίμῳ
ἵνα σοι πατήσω τὸν Σθένελον μάλ' αὐτίκα.

Aristophanes dixit in Lysistrata vs. 439 sq.:

εἰ τἄρα, νὴ τὴν Φωσφόρον, τὴν χεῖρ' ἄκραν
ταύτῃ προσοίσεις, κύαθον αἰτήσεις τάχα.

et ibidem vs. 435 sq.:

εἰ τἄρα, νὴ τὴν Ἄρτεμιν, τὴν χεῖρά μοι
ἄκραν προσοίσει δημόσιος ὢν κλαύσεται.

Quibus locis collatis forsan haud inepte suspiceris,

olim Platonis locum, de quo agimus, sic scriptum fuisse:

"Αψαι μόνον τῇ χεῖρ' ἄκρᾳ τοῦ Μορσίμου κτἑ.

Cobetus vir clar. in libello supra laudato p. 184, scribendum proposuit:

"Αψαι μόνον τῷ δακτύλῳ τοῦ Μορσίμου,

collato Lysistr. vs. 365:

"Αψαι μόνον Στρατυλλίδος τῷ δακτύλῳ προσελθών.

Paroediam versus Euripidei ex Telepho:

ἀπέπτυσ' ἐχθροῦ Φωτὸς ἔχθιστον τέκος,

quae manifesta inest in Platonis *Sophistarum* fragmento II (Schol. Arist. Av. 300), nondum, quod certe sciam, animadversam esse a viris doctis, impense miror. Versus autem Platonicus hic est:

τὸ Σποργίλου κουρεῖον, ἔχθιστον τέγος.

Nota est lepida paroedia, qua eundem στίχον Euripideum ridet comicorum princeps Pac. vs. 524:

ἀπέπτυσ' ἐχθροῦ Φωτὸς ἔχθιστον πλέκος.

cf. Schol. ad h. l.

Veram lectionem reperisse puto Iacobsium in *Phaonis* fragm. II vs. 16 sq.:

πύργης τετάρτης κυσί τε καὶ κυνηγέταις
Λόρδωνι δραχμή, Κυβδάσῳ τριώβολον, κτἑ.

suspicantem:

πυγῆς τετάρτη κυνί τε καὶ κυνηγέταις.

Malim praeterea pro κυνηγέταις rescribere κυνηγέταιν, ut vs. 13 legimus

Κονισάλῳ δὲ καὶ παραστάταιν δυοῖν, κτἑ.

Corrupta sunt verba Pollucis IV. 56, ubi affert Platonis fragm. Inc. Fab. XII. Nempe sic scribit: Ἐπίχαρμος δὲ καὶ ποιητικὸν μέλος αὐλεῖσθαί Φησι,

Πλάτων δὲ ὁ κωμικὸς καὶ συβωτικὸν, κτἑ. Ex vocabulo συβωτικόν apparet pro ποιητικόν rescribendum esse ποιμενικόν.

Platonis reliquias tentandi finem faciam in emendanda glossa apud Grammaticum Bekk. Anecd. p. 427 31: Ἀποθρέξεις· συναποτροχάσεις. οὕτω Πλάτων. Legendum: Ἀποθρέξει· ἀποτροχάσεις κτἑ, (fragm. Inc. Fab. LXV).

Transeo ad Amipsiae *Connum*, cuius fragm. III levi, ut videtur, macula inquinatum servavit Athenaeus IX p. 368:

ἐντευθενὶ δίδοται μάλισθ' ἱερώσυνα
κωλῆ, τὸ πλευρὸν, ἡμίκραιρ' ἀριστερά.

Scilicet vs. 2. pro τὸ πλευρὸν requiro τι πλευρόν.

Archippi *Pluti* fragm. II melius corrigi posse videtur quam factum est a Meinekio. Nempe legimus apud Schol. Ar. Vesp. 416, θεοσεχθρία καὶ "Αρχιππος Πλούτῳ· Οἴμοι τί ἐστι; μῶν ἔδακε; τί σ' ἔδακεν; κατὰ μὲν οὖν ἔφαγε κἀπέβρυξέ τις ἡ πανουργία τε καὶ θεοσεχθρία.

Quae verba Meinekius, ita ad numeros Iambicos revocavit:

A. οἴμοι. B. τί (δήποτ') ἐστι, μῶν ἔδακέ τί σε;
A. ἔδακε; κατὰ μὲν οὖν ἔφαγε κἀπέβρυξέ τις.
B. τίς ἡ πανουργία τε καὶ θεοσεχθρία.

Minus enim recte vocabulum δήποτε inseruit, quod in huiuscemodi locis omitti soleat, v. c. Arist. Ran. vs. 657 legimus:

Ξ. οἴμοι. A. τί ἐστι; Ξ. τὴν ἄκανθαν ἔξελε.

et Vesp. 137:

Ξ. οιμοι. Σ. τί ἐστι; Ξ. Βδελυκλέων ἀνίσταται.

Contra frequentissimae sunt exclamandi formulae: *οἴμοι τάλας, οἴμοι κακοδαίμων* et similia. Praeterea neque vs. 1 neque vs. 2 finem vitio carere iudico; quapropter locum in hunc modum constituerim:

A. *οἴμοι* [*τάλας*]. B. *τί ἐστι; μῶν ἔδακέ σέ τις*
A. *ἔδακε; κατὰ μὲν οὖν ἔφαγε κἀπέβρυξέ με*
B. *τίς ἡ πανουργία τε καὶ θεοισεχθρία.*

vs. 1. *σέ τις* scribendum esse vidit M. quoque in edit. min., ubi monet iam Dindorfium vs. 2. supplevisse *με*. Pro *θεοσεχθρία* denique restitui genuinam huius vocabuli formam.

Leve est neque tamen negligendum, quod correctum velim in Metagenis comoediae, quae *Φιλοθύτης* inscribebatur, fragm. III, quod tum alibi tum vero plenissimum exstat apud Pollucem X: 115: *Δίμυξον ὡς ἐγὼ δοκῶ*. Formula: *ὡς ἐγὼ δοκῶ*, ni fallor, nimis abhorret ab eo sermone, quo plebs Attica utebatur, ut a cive Attico haec pronuntiata esse credamus. Plebs dicere solebat: *ὡς ἐμοὶ δοκεῖ*, illa locutione relicta tragicis et quicumque magnificentius loqueretur. E contrario apud Iones formula *ὡς ἐγὼ δοκέω* est satis usu trita; quapropter suspicor, verba Metagenis ita correcta Ionico cuidam homini, quem poeta in scenam induxerit, tribuenda esse. Similiter Aristoph. Pac. vs. 45 sq.:

κᾆτ' αὐτῷ γ' ἀνὴρ
Ἰωνικός τίς φησι παρακαθήμενος·
δοκέω μέν, εἰς Κλέωνα τοῦτ' αἰνίσσεται.

Eodem modo Ioni tribuendum est Eupolidis fragm. Inc. Fab. XIV apud Eustath. ad Od. λ. p. 1680: *μὴ τρηχὺς ἴσθι* cf. eiusdem *Κολάκων* fr. XXII apud Polluc.

X: 30 ibique M. adnotationem.

Graviori vulnere affectum vehementiori medicina indiget Theopompi fragmentum I ex *Καπήλισιν*, quod debemus diligentiae Schol. Arist. ad Av. vs. 1406:

Λεωτροφίδης ὁ τρίμετρος ὡς Λεόντινος
εὔχρως τε φᾶναι καὶ χαρίεις ὥσπερ νεκρός.

vs. 1 omnia mendosa esse arbitror praeter unum nomen *Λεωτροφίδης*, vs. 2 sana omnia, exceptis vocabulis *τε φᾶναι*. Iure M. reiecisse videtur, quod Bergkius tentat Comment. p. 407. Ipse conieci:

Λεωτροφίδης ὁ κρουσίμετρος Λεοντίῳ
εὔχρως πέφανται καὶ χαρίεις ὥσπερ νεκρός.

Ex qua coniectura Leotrophides poeta dithyrambicus (vide Suid. in voc. et Schol. l. l.), quod genus hominum a comicis imprimis exagitari solebat, satis facete a poeta dicitur *κρουσίμετρος*, quod vocabulum, quum proprie denotet *τὸν τὰ μέτρα λυμαινόμενον*, quam egregie et quanta acrimonia dictum sit in malum poetam lyricum, neminem facile latebit. Non magis autem obscurum erit, qui aculeus insit in reliquis, si quis meminerit[1]), tum Leotrophidem fuisse macrum et pallidum, tum Leontio in deliciis fuisse contemplari defunctorum corpora[2]). Locum autem sic verto: *Leotrophi-*

---

[1]) Ad hominis macritatem illustrandam egregie facit Hermippi fragmentum e *Κέρκωψιν* apud Athen. XII p. 551 b, quod, quia non nimis longum est, adscribere non gravabor:

οἱ γὰρ πενόμενοι
ἀνάπηρά σοι θύουσιν ἤδη βοίδια
Λεωτροφίδου λεπτότερα καὶ Θουμάντιδος.

[2]) Hoc novimus e Platonis Republ. IV p. 439 E, quem locum debeo Bergkio (Comm. p. 407): *Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, ποτὲ ἀκούσας τι πιστεύω τούτῳ, ὡς ἄρα Λεόντιος ὁ Ἀγλαΐωνος ἀνιὼν ἐκ*

des metrorum corruptor tam bono colore et forma tam venusta visus est Leontio, ut defunctum se videre crederet.

Priusquam ad alia pergam, obiter mendo liberare liceat Etymologum Magnum p. 411. 33, ubi servavit locum Theopompi, qui primus est apud M. inter incertarum fabularum reliquias. Grammatici autem verba sic scribuntur: Ζήτρειον· σημαίνει τὸ τῶν δούλων δεσμωτήριον, ἤγουν τὸν μυλῶνα παρὰ Χίοις καὶ Ἀχαιοῖς· ἐκεῖ γὰρ ἐδεσμεύοντο οἱ δοῦλοι. Si quis reputet ΠΑΡΑΧΙΟΙC et ΠΑΡΑΧΑΙΟΙC vix inter se differre, neque valde verisimile esse idem vocabulum apud solos Chios et Achaeos, gentes et origine et locorum situ adeo diversas, alibi vero nusquam in Graecia valuisse; si quis haec, inquam, reputet, non dubitabit mecum delere vocabula: καὶ Ἀχαιοῖς, utpote aut e varia lectione aut e dittographia nata. Neque Theopompi quod affert fragmentum vitii prorsus immune est; nam pro:

ὡς μοι δοκεῖν
εἶναι τὸ πρόθυρον τοῦτο βασανιστήριον, κτὲ.

grammatica Graeca, ni fallor, requirit: ὥστε μοι δοκεῖν κτὲ.

Πειραιῶς ὑπὸ τὸ βόρειον τεῖχος ἐκτὸς, αἰσθόμενος νεκροὺς παρὰ τῷ δημίῳ (Hemsterh. coniecit τῷ Διομείῳ) κειμένους, ἅμα μὲν ἰδεῖν ἐπιθυμοίη, ἅμα δ' αὖ δυσχεραίνοι καὶ ἀποτρέποι ἑαυτὸν, καὶ τέως μὲν μάχοιτό τε καὶ παρακαλύπτοιτο, κρατούμενος δ' οὖν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, διελκύσας τοὺς ὀφθαλμοὺς, προσδραμὼν πρὸς τοὺς νεκρούς. Ἰδοὺ ὑμῖν, ἔφη, ὦ κακοδαίμονες ἐμπλήσθητε τοῦ καλοῦ θεάματος. Mirum sane foret, si talis homo et tam inepta cupido a poetis comicis, qui nihil, qnod ridiculum esset, praetermitterent, neglecta fuisset.

Miror neminem vidisse mendosum esse fragmentum I ex Ἀφροδίτης Γοναῖς Nicophontis, quod servavit Scholiasta Arist. Av. 82:

Ἅπερ ἐσθίει ταῦτα τὰ πονήρ' ὀρνίθια,
σέρφους ἴσως, σκώληκας, ἀκρίδας, πάρνοπας.

Adverbium enim ἴσως h. l. ferri non posse, est satis manifestum. Latere suspicor nomen animalculae, quod tamen quale fuerit reperire mihi non contigit: ἴψ et ἴξ perpetuo habent iota productum; σέας non est huius loci cf. vs. 1.

Fragm. II eiusdem comoediae apud Schol. Ar. Av. 1283 sic editur:

οὐκ ἐς κόρακας τὼ χεῖρ' ἀποίσεις ἐκποδὼν
ἀπὸ τοῦ σκυταλίου καὶ τῆς διφθέρας;

Laudat hos vs. Scholiasta, quibus probet α produci posse in σκυτάλιον, quapropter, ut metrum constaret, ante καὶ Dindorfius inseruit τε. Iure vero de huius doctrinae veritate dubitare videtur M., cui Ar. Av. vs. 1283 pro σκυτάλι' ἐφόρουν reponenti ἐσκυταλιοφόρουν, omnino assentior. Quam vero loco nostro admovet medicinam: τῆς τε διφθέρας, eam non facile aliquis probaverit. Ni fallor, postrema syllaba vocabuli ΣΚΤΤΑΛΙΟΤ absorpsit genitivum pronominis personalis ΜΟΤ; itaque Nicophon scripserat:

ἀπὸ τοῦ σκυταλίου μοῦ τε καὶ τῆς διφθέρας.

Postea vidi M. in editione minori legendum proposuisse:

ἀπὸ τοῦ σκυταλίου τοῦδε καὶ τῆς διφθέρας.

Utrum horum verum sit, lectoris esto iudicium.

Vitium orthographicum tollendum est e Σειρῆνων Fragm. II, cuius vs. 3 hodie sic vulgatur:

ζωμὸς διὰ τῶν ὁδῶν κυλινδείτω κρέα·

Reponendum aut *κυλινδέτω* aut *καλινδείτω* secundum verissimum praeceptum Cobeti viri clar. in Variis Lectionibus vol. I. p. 133.

Vehementer dubito an persanatum sit Fragm. III *Πόλεων* Philyllii apud Pollucem X 58: *καὶ πινακίδας δ' ἂν εὕροις ἐν ταῖς Φιλυλλίου Πόλεσιν; λέγει γέ τοι δωρίζων· Ἐς τὰς πινακίδας διαμπερέως ὅτι κἂν λέγοι τὰ γράμματα ἑρμηνεύς.* Numeros restituit Bentleius Epist. ad Hemsterh. p. 54:

ἐκ τᾶς πινακίδος ἀμπερέως, ὅτι κἂν λέγοι
τὰ γράμμαθ' ἑρμήνευε.

Pro vocabulis *ὅτι κἂν λέγοι* rectissime M. in edit. min. correxit: *ὅτι κα λέγῃ.* Sed nimia temeritate Bentleius *διαμπερέως*, quod exhibent libri Ms., mutavit in *ἀμπερέως*, quod an Graecum sit, quum nusquam reperiatur, iure dubitari posse videtur. Huc enim certe trahi nequit Homeri locus in Odyssea *υ.* vs. 422, ubi tmesin obtinere nemo erit monendus. Itaque videndum, an, deleta praepositione, scribere praestet:

τᾶς πινακίδος διαμπερέως, ὅ τι κα λέγῃ
τὰ γράμμαθ', ἑρμήνευε.

Soloecismo laborare existimo Aristophanis fragmentum III ex *Amphiarao* apud Athenaeum IV p. 185 c:

ὅστις φακῆν, ἥδιστον ὄψων, λοιδορεῖς.

Grammatica Graeca requireret: *φακῆν, ἡδίστην ὄψων*, ut *νόσων χαλεπώτατος φθόνος*, similia dicuntur. Quam lectionem quoniam metrum repudiat, scribamus necesse est:

ὅστις φακῆν, ἥδιστον ὄψον, λοιδορεῖς.

idque ipsum legitur in cod. P et apud Eustathium p. 1572. 51.

Metrum ex parte saltem revocari potest in *Γηρυτάδου* fragmento XII, quod ad nostram perduravit aetatem diligentia Athenaei XI. p. 485 A, ubi agit de *λεπαστῇ*. Scribit autem sic: *Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ· Ἦν δὲ τὸ πρᾶγμ' ἑορτή περιέφερε δ' ἐν κύκλῳ λεπαστὴν ἡμῖν ταχὺ προσφέρων παῖς ἐνέχει τε σφόδρα κυανοβενθῆ.* In diversissimas opiniones abeunt viri docti; nam Dindorfius tetrametros iambicos, Bergkius contra choriambos latere suspicatur; uterque ni fallor iniuria, nam loci certe initium:

Ἦν δὲ τὸ πρᾶγμ' ἑορτή· περιέφερε δ' ἐν

haud obscure dochmiis constat duobus. Reliqua sunt incertiora; animi tamen causa addam, quod mihi venit in mentem:

Ἦν δὲ τὸ πρᾶγμ' ἑορτή, περιέφερε δ' ἐν
κύκλῳ λεπαστὴν προσφέρων ἡμῖν ταχύ
παῖς ἐνέχει τε πάνυ κυανοβενθῆ,

in quibus transposui *προσφέρων* ante *ἡμῖν* et *σφόδρα* mutavi in *πάνυ*; vs. 2 continet iambos, quae res offensioni non est, quia non raro iambi dochmiis interponuntur. Vid. Vesp. vs. 730, 733, 736. Ib. 873. Av. 230, 234, 236, 239, 634; et sic alibi saepe. Facilis medicina parata est aegrotanti fragm. IX *Θεσμοφοριαζουσῶν δευτέρων*, quod laudavit Pollux IX. 36:

Ἄμφοδον ἐχρῆν αὐτῷ τεθεῖσθαι τοὔνομα.

Quamvis Perfectum Passivum *τεθεῖσθαι* apud antiquiores certe Atticos plane inusitatum esse inter omnes satis constat, nemo, quod sciam, huic loco mederi conatus est. Reponendum esse arbitror:

"Αμφοδον ἐχρῆν αὐτῷ γε κεῖσθαι τοὔνομα.

Ad comoediam Aristophanis, quae *Σκηνὰς καταλαμβάνουσαι* inscribebatur, Bergkius retulit fragmentum, quod, omisso poetae nomine, Plutarchus servavit in libello: *Non posse suaviter vivi secundum Epicureos.* c. 16:

τί κάθῃ σὺ; παῖ, πίωμεν, οὐ καὶ σιτία
πάρεστιν; ὦ δύστηνε, μὴ σαυτῷ φθόνει.
οἱ δ' εὐθὺς ἠλάλαξαν, ἐν δ' ἐκίρνατο
οἶνος, φέρων δὲ στέφανον ἀμφέθηκέ τις
ὑμνεῖτο δ' αἰσχρῶς κλῶνα πρὸς καλὸν δάφνης
ὁ Φοῖβος οὐ προσῳδά, τήν τ' ἐναυλίαν
ὠθῶν τις ἐξέκλαξε σύγκοιτον φίλην.

Nullo alio argumento adductus Bergkius hos versus, Aristophani vindicare conatur, quam quod *σύγκοιτον* eum dixisse sciamus ex Polluce VI. 158, quod argumentum quam leve sit neminem melius quam ipsum Bergkium sentire arbitror. Mihi neque Aristophanem neque alium quemcunque comicorum haec scripsisse est persuasissimum, tum propter metrum, tum vero imprimis propter vocabula et vocabulorum formas, quales poetis comicis non nisi in paroedia adhibere licebat. Talia sunt vs. 1 *κάθῃ* pro *κάθησαι*; vs. 2 *ἠλάλαξαν* et *ἐνεκίρνατο* pro *ἐκεκράγεσαν* et *ἐνεκεράννυτο*; vs. 4. *ἀμφέθηκε* pro *περιέθηκε*; vs. 5. *ὑμνεῖτο* — *ὁ Φοῖβος οὐ προσῳδά*, quae verba sanissima sunt et frustra tentantur pro: *παιὰν ᾔδετο*, et *κλῶνα πρὸς καλὸν δάφνης* pro :*πρὸς δάφνην*. Potius igitur hasce reliquias tribuerim poetae tragico, et olim in dramate quodam satyrico lectas fuisse suspicor propter argumenti hilaritatem. Ceterum vs. 1 sic interpungendum esse videtur:

τί κάθῃ σὺ, παῖ; κτἑ.

Probabili coniectura expleri posse puto lacunam in vs. secundo fragm. I *τῶν 'Ωρῶν* apud Athen. IX p. 372 B:

"Οψει δὲ χειμῶνος μέσου σικυοὺς, βότρυς, ὀπώραν,
στεφάνους ἴων κονιορτὸν ἐκτυφλοῦντα.

Iam dudum in ora editionis maioris Fragm. Com. Graec. adnotaveram post *ἴων* excidisse vocabula *κρίνων*, *ῥόδων*, quum incidi in Cobeti viri clar. Varias lectiones Mnemos. IV: 2, qui p. 100 inverso ordine inserendum coniecit: *ῥόδων*, *κρίνων*. Ego illum vocabulorum ordinem praetuleram, quia post *ἴων* simile substantivum *κρίνων* facillime excidere potuisse putabam. Contra pro Cobeti viri clar. sententia pugnare videtur, quem apposite laudat, Cratini locus Athen. XV p. 685 D:

παντοίοις γε μὴν κεφαλὴν ἀνθέμοις ἐρέπτομαι
λειρίοις, ῥόδοις, κρίνεσιν, κοσμοσανδάλοις, ἴοις.

Manifesta corruptela laborat Fabul. Incert. fragm. VIII, quod obvium est apud Athenaeum II p. 50 ita ex parte correctum a Dobraeo:

ἐν τοῖς ὄρεσιν δ' αὐτομάτοισιν τὰ μιμαίκυλ' ἐφύ-
(ετο πολλά.

Iure enim in *αὐτομάτοισιν* haeret Bergkius, qui recte observat potius *τὰ μιμαίκυλα* dici debuisse *αὐτόματα.* Dicta erunt, si in ΑΥΤΟΜΑΤΟΙCIN mecum latere suspiceris ΑΥΤΟΜΑΤΕΙΚΗΙ, itaque Aristophanem scripsisse:

ἐν τοῖς ὄρεσιν δ' αὐτόματ' εἰκῇ τὰ μιμαίκυλ'
(ἐφύετο πολλά.

Senarius Aristophaneus latet, ni fallor, in verbis Plu-

tarchi de Musica p. 1146 ed. Steph.: *καὶ Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς μνημονεύει τοῦ Φιλοξένου καί φησιν, ὅτι εἰς τοὺς κυκλίους χοροὺς μέλη εἰσηνέγκατο.* Integrum iambum Aristophaneum habebis, si scripseris:

εἰς τοὺς κυκλίους χοροὺς μέλη 'σηνέγκατο (fr. XCIV).

Obiter moneo fr. LXXXI apud Eustath. p. 1419. 52 sic scribendum esse:

Ἄκων κτενῶ σε, τέκνον, ὁ δ' οὖν ἀπεκρίνατο·
ἐπὶ Παλλαδίῳ τἄρ', ὦ πάτερ, δώσεις δίκην.

vs. 1 Bergkius scripsit: *κτενῶ σ' ὦ τέκνον*, sine causa ut videtur; *ἀπεκρίνατο* ipse dedi pro *ὑπεκρίνετο*, quod duplici nomine vitiosum est, et vs. 2 pro *τἄρ'* scripsi *τἄρ'*.

CAPUT SECUNDUM.

CONTINENS ADNOTATIONES CRITICAS AD FRAGMENTA NONNULLA EX COMOEDIA MEDIA.

Horum poetarum, quod nemo ignorat, agmen ducit Antiphanes, cuius lacunosum esse statuunt viri docti fr. II ex *Ἀντείᾳ*, quod sic scriptum exstat apud Athen. XV p. 609 a:

πρὸς τῷ μυροπώλῃ γενόμενον κατελίμπανον,
αὐτὸν περὶ μύρον, μέλλει τε συνθείς σοι φέρειν
τὰ κινναμώμινα ταῦτα καὶ τὰ νάρδινα.

Hos versus, quorum secundus manifesto claudicat, M. ita edidit, ut lacunam esse statuat inter *μύρον* et *μέλλει*. At fieri potest, ut salva sit res, si scribamus:

πρὸς τῷ Πέρωνι γενόμενον κατελίμπανον
περὶ τὸ μύρον, μέλλει δὲ συνθείς σοι φέρειν
τὰ κινναμώμινα ταῦτα καὶ τὰ νάρδινα.

Quarum novationum breviter exponam rationes; vs. 1. scripsi *πρὸς τῷ Πέρωνι*, obsecutus Schweighaeusero, cuius suspicionem probabilem esse puto propter haec verba Athenaei l. l.: *μνημονεύει τοῦ μυροπώλου τούτου τοῦ Πέρωνος, — Ἀντιφάνης ἐν Ἀντείᾳ· κτἑ.* Nomini

proprio explicandi gratia superscriptum, substantivum μυροπώλῃ mox genuini vocabuli sedem occupasse videtur. Eodem versu part. γενόμενον pendere suspicor a substantivo vel pronomine, quod apud ipsum poetam huic versui praecesserit, qua re non intellecta, vs. 2 librarii addidisse videntur pronomen αὐτόν; ibidem articulum inserui ante μύρον, quem necessarium esse in talibus persuadent mihi, quae innotuerunt mihi eius rei exempla, quorum nonnulla adscribam. Arist. Equit. 1375:

τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω, τἀν τῷ μύρῳ,
ἃ στωμυλεῖται τοιαδὶ καθήμενα.

Ubi, quum Futurum ferri nequeat, vide an transponendum sit et corrigendum:

ἃ τοιαδὶ στωμύλλεται καθήμενα.

Eodem modo ἐν τοῖς ἰχθύσιν dixit Antiph. Athen. VII p. 287 e; εἰς τὰς μεμβράδας Timocl. ibid. VI p. 241 b; ἐν τοῖς λαχάνοις Alex. ibid. VIII p. 338; διὰ τῶν κύκλων idem ap. Polluc. X. 18; εἰς τὸν οἶνον Arist. ap. Suid. in voc. Ἀμφορεαφόρους; Hesych. τἀκ τοῦ νίτρου. cf. Piers. ad Moer. in voc. Σήσαμα.

Forma κατελίμπανον vs. 1, labentis Graecitatis indicium, non videtur sollicitanda; nam etiam ἐπικαθιζάνειν pro ἐπικαθίζειν Antiphanes dixit in Στρατιώτ. II vs. 12.

Neutra placet coniecturarum, quas viri docti proposuerunt ad explendam lacunam, qua laborat Ἀρκάδος fr. I vs. 4:

νοῦν ἔχειν. ὅστις δὲ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ
* * * μικρῷ πεποιθὼς ἀθλίῳ νομίσματι.

Misere enim languet, quod inserendum iudicavit Grotius δηλάδη, neque magis mihi arridet Iacobsii con-

iectura ὦ πάτερ, quum iam vs. 2 legamus: οὐδαμοῦ, πάτερ, κτέ. Si versus revera huc pertinet, malim:

[χρυσίῳ] μικρῷ πεποιθὼς, ἀθλίῳ νομίσματι.

Sed fortasse rem acu tetigit L. Dindorfius, qui totum versum delevit; nam omnino non perspicio, quomodo cohaereat cum ceteris. Non tamen ab ipso interpolatore confictum esse credo, et propter bonitatem, et quod minime sapit interpretamentum; itaque potius ex alio loco huc invectum esse crediderim. Fieri enim potest, ut aut alio loco apud Antiphanem aut apud alium poetam aliquando lecti fuerint hi senarii:

ὅστις δὲ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ,
μικρῷ πεποιθὼς ἀθλίῳ νομίσματι,

quos memoria tenens nescio quis, quum in fragmento nostro eundem locum communem legeret, alterum quoque senarium adscribere fas sibi duxerit.

Corruptelae suspectum habeo, quod unicum fragmentum ex eiusdem *Archonte* ad nos pervenit cura Athenaei IV. p. 142 f sic scriptum:

ἐν Λακεδαίμονι
γέγονας; ἐκείνων τῶν νόμων μεθεκτέον
ἐστὶν· βάδιζ' ἐπὶ δεῖπνον εἰς τὰ φιλίτια,
ἀπόλαυε τοῦ ζωμοῦ, ῥόφει, τοὺς βύστακας
μὴ καταφρόνει, μηδ' ἕτερ' ἐπιζήτει καλά,
ἐν τοῖς δ' ἐκείνων ἔθεσιν ἴσθ' ἀρχαϊκός.

M. in ed. mai. ad h. l. adnotat: »quod sequitur praeceptum: τοὺς βύστακας μὴ καταφρόνει, repugnat disertis aliorum scriptorum testimoniis, ex quibus barbam quidem Lacedaemonios aluisse promissam, labia autem superiora (τὸν μύστακα) tonderi iussos esse intelligitur. Vid. Plut. de Ser. Num. Vind.

» p. 25. et Aristot. apud Plut. Ag. et Cleom. p. 808 D." Idem vir doctus in edit. min. hanc sententiam revocavit, monens *καταφρονεῖν* interdum idem esse quod *κατανοεῖν*. Quae res, me quidem iudice, difficultatem minime tollit; nam tum hic usus apud solos Iones obtinere videtur, v. c. Herod. I. 59, 66; VIII: 10, tum magnopere vereor, ut *considerandi* notio, quae est in verbo *κατανοεῖν*, nostro loco satis conveniat. Ego igitur suspicabar in ΜΗΚΑΤΑΦΡΟΝЄΙ latere ΜΗΚЄΤΙΦΟΡЄΙ et Antiphani reddendum esse:

τοὺς μύστακας (sic)
μηκέτι φόρει, μηδ' ἕτερ' ἐπιζήτει καλά, κτέ.

Quam coniecturam aliquantum confirmat omnium codicum lectio *φόρει* pro *ῥόφει*, quod reponendum esse vidit Ruhnkenius.

Vix puto Porsonum persanasse Ἀφροδισίου fr. I vs. 4:

νεογενοῦς ποίμνης δ' ἐν αὐτῇ πνικτὰ γαλατοθρέμμονα
τακεροχρῶτ' εἴδη κύουσαν;

Nam, quamvis ex Codicum lectione: *τακεροχρῶτι δηκτύουσαν*, virum ingeniosissimum id, quod verum est, elicuisse, minime dubitem; haereo tamen in verbis: *ἐν αὐτῇ κύουσαν* (sive, ut M. scribere maluit, *ἐν αὐτῇ*), quippe quae locutio, quum solum verbum *κύειν* sufficiat, omnino Graeca non sit. Haec difficultas remota erit, si mecum rescripseris:

Πότερ', ὅταν μέλλω λέγειν σοι τὴν χύτραν, χύτραν λέγω;
ἢ τροχοῦ ῥύμαισι τευκτὸν κοιλοσώματον κύτος
πλαστὸν ἐκ γαίας, ἐν ἄλλῃ μητρὸς ὀπτηθὲν στέγῃ,
νεογενοῦς ποίμνης δὲ ταύτην πνικτὰ γαλατοθρέμμονα
τακεροχρῶτ' εἴδη κύουσαν;

i. e. *hanc autem parturientem (dicam)* cet. — — —?
Ibidem vs. 7 sqq. leguntur haec:

A. *εὖ λέγεις; ξουθῆς μελίσσης νάμασιν δὲ συμμιγῆ*
μηκάδων αἰγῶν ἀπόρρουν θρόμβον, ἐγκαθήμενον
εἰς πλατὺ στέγαστρον ἁγνῆς παρθένου Δηοῦς κόρης.

Graecum non est *ἐγκαθῆσθαι εἴς τι.* Legendum propono *ἐγκαθειμένον* i. e. *demissum*, quae coniectura sua se simplicitate commendabit. Si forte dubitas, an verbum *καθιέναι* usurpari possit *de liquore*, vide Hom. Il. Ω: 641.

Ex eiusdem *Ganymede* fr. 1 legitur apud Schol. Eurip. Troad. 822:

ὁρᾷς, ἐν τῇδε μὲν
ὁ τῶν Φρυγῶν τύραννος οἰκῶν τυγχάνει,
γέρων ἀπ' ὀργῆς, Λαομέδων καλούμενος.

Vocabulis *ἀπ' ὀργῆς*, quae, ut unus quisque videt, nihili sunt, certatim mederi conati sunt viri docti. L. Dindorf. coniecit *ἀποργὴς*, cuius vocabuli, (nam Hermanni interpretatio *abgeaergert*, vix cuiquam placebit,) potius contrarium requiri apparere potest ex fragmento sequenti. Seidlerus coniecit *ἀπ' ἀρχῆς*, quod misere languet; M. *ἀμοργῆς*, quod nusquam legitur, melius idem *περιοργής*. Obstat tamen huic suspicioni, ni fallor, metrum, quod hîc tragicam gravitatem imitari debet, neque igitur in pede secundo admittit anapaestum. Quare nescio an scribendum sit:

γέρων δύσοργος, Λαομέδων καλούμενος.

Interpolator versum adscripsisse videtur in Ganymedis fragm. II, ubi ira excandescens ob filii raptum Laomedon in hunc modum adloquitur formosi pueri paedagogum:

vs. 2. ἀλλ' ἐγὼ σαφῶς φράσω
τῆς ἁρπαγῆς τοῦ παιδὸς εἰ ξύνοισθά τι,
ταχέως λέγειν χρὴ πρὶν κρέμασθαι. A. πότερά μοι
γρῖφον προβάλλεις τοῦτον εἰπεῖν, δέσποτα.
τῆς ἁρπαγῆς τοῦ παιδὸς εἰ ξύνοιδά τι,
ἢ τί δύναται τὸ ῥηθέν;

Pronomen οὗτος apud Atticos constanter refertur ad praecedentia, itaque Antiphanes, si addere voluisset vs. inutilem: τῆς ἁρπαγῆς — ξύνοιδά τι, usurpasset, credo, pronomen ὅδε, quod sequentia spectare notum est. Reddatur igitur senarius ὁ παρεμβεβλημένος sciolo, qui eum procudit ex vs. 3. Praeterea vs. 4 scribere malim:

ταχέως σε λέγειν χρὴ πρὶν κρέμασθαι. κτέ.

Certa emendatione tolli potest leve mendum, quod occupat unicum fragmentum Θορικίων sive Διορύττοντος apud Athen. XII. p. 553 d:

Λοῦται δ' ἀληθῶς; B ἀλλὰ τί;
ἐκ χρυσοκολλήτου γε κάλπιδος μύρῳ
Αἰγυπτίῳ μὲν τοὺς πόδας καὶ τὼ σκέλη,
φοινικίνῳ δὲ τοὺς γνάθους καὶ τιτθία, κτέ.

Procul dubio ad substantivum τιτθία requiritur articulus, itaque rescribas:

φοινικίνῳ δὲ τοὺς γνάθους τά τε τιτθία.

Praeterea vs. 1 pro λοῦται exspectaveris ἀλείφεται; sed plura in eo versu turbata esse apparet.

Expleri posse videtur lacuna in Κορινθίᾳ apud Athenaeum III. p. 95 f:

ἔπειτα κἀκροκώλιον
ὕειον 'Αφροδίτῃ. B. γελοῖον. A. ἀγνοεῖς.
ἐν τῇ Κύπρῳ δ' οὕτω φιληδεῖ ταῖς ὑσίν,

ὦ δέσποθ' ὥστε σκατοφαγεῖν ἀπεῖρξε τὸ
ζῷον * * * τοὺς δὲ βοῦς ἠνάγκασεν.

Miror neminem dum coniecisse:

ζῷον [μὲν ἐκεῖνο] τοὺς δὲ βοῦς ἠνάγκασεν.

vs. 4. soloecum est, quod suspicatur anonymus apud Schweighaeuserum, ἀπείρξατο; neque articulo carere potest vocabulum ζῷον. Articulus autem in fine versus positus est insolenter quidem, sed non sine exemplo.

Leve vitium nullo negotio tollas in elegantissimo fragmento e Λημνίαις apud Athenaeum VI p. 258 d:

vs. 7. οὐ γὰρ τὸ μέγιστον ἔργον ἐστὶ παιδιά,
ἁδρὸν γελάσαι, σκῶψαί τιν', ἐκπιεῖν πολύν,
οὐχ ἡδύ;

Verbum ἐκπιεῖν sic absolute dici nequit; verum videtur ἐμπιεῖν.

Non sine offensione legi possunt, quae supersunt e Μαλθακῇ servata a Clemente Alexandrino Paed. III 2 p. 218 Sylb.:

ἔρχεται
μετέρχεθ' αὕτη, προσέρχετ', οὐ μετέρχεται,
ἥκει, πάρεστι, ῥύπτεται, προσέρχεται,
σμῆται, κτέ.

Rectissime Grotius pro μετέρχεθ' αὕτη coniecit μετέρχεται; sed in eodem versu aliud vitium latet; nam siquidem his versibus Antiphanes, ut Clemens ait, ἀποσκώπτει τὸ ἑταιρικὸν τῶν γυναικῶν, satis, credo, apertum est eum dedisse:

ἔρχεται
μετέρχεται, προσέρχετ', αὖ μετέρχεται, κτέ.

Postea vidi in editione minori M. praeeunte Piersono

ad Moeridem p. 537 locum sic constituisse:

ἔρχεται,
μετέρχετ' αὖ, προσέρχετ' αὖ, μετέρχεται.

Male, si quid iudico, nam neque *αὖ* post prius *μετέρχεται* addi, neque ante posterius omitti potest. Sine causa vero in ed. mai. versum, de quo agimus, in suspicionem vocasse videtur M., quem postea recte sententiam mutasse suspicor (cf. ed. min.).

Versus unus et dimidius exciderunt ex *Τραυματίου* fragm. I apud Athen. X p. 446 a:

vs. 4 sqq.: ἡδύ τοι
ἐστὶν μεταβολὴ παντὸς ἔργου πλὴν ἑνός.
* * * *
* * Παραδίδου δ' ἑξῆς ἐμοὶ
τὸν ἀρκεσίγυιον, ὡς ἔφασκ' Εὐριπίδης.

Quod unum excipit Antiphanes, Schweighaeusero fuisse videtur *τὴν μεταβολὴν τοῦ ἡδέος εἰς τοὐναντίον*, quam viri docti sententiam vix quisquam improbabit. Scholiasta autem ad Eurip. Orest. vs. 228 (ad cuius poetae verba: *μεταβολὴ πάντων γλυκύ* h. l. alluditur), affert similem anonymi comici, (quem Anaxandridem esse suspicatur Porsonus,) locum:

Ὁ πρῶτος εἰπών, »μεταβολὴ πάντων γλυκύ",
οὐχ ὑγίαινε, δέσποτ', ἐκ μὲν γὰρ κόπου
γλυκεῖ' ἀνάπαυσις, ἐκ δ' ἀλουσίας ὕδωρ,
καὶ τἄλλα δὴ τοιαῦτ'· ἐὰν δ' ἐκ πλουσίου
πτωχὸς γένηται, μεταβολὴ μέν, ἡδὺ δ' οὔ.

Simili quid loco nostro excidisse suspicor. Potuit v. c. in hunc fere modum scribere poeta:

B. τί δ' ἐστὶ τοῦτο δή; A. πένης ἐκ πλουσίου
ἄν τις γένηται· παραδίδου δ' ἑξῆς ἐμοὶ κτέ.

Corruptum est ipsum initium fragm. II *Tyrrheni* apud Athen. VII p. 329 e:

Δήμου δ' Ἁλαιεύς ἐστιν. B. ἓν γὰρ τοῦτό μοι
τὸ λοιπόν ἐστι, καὶ κακῶς ἀκούσομαι.
A. τί δῆτα τοῦτο; κτέ.

Quae verba sic constituenda esse videntur:

A. τῶν
δήμων Ἁλαιεύς ἐστιν. B. ἓν ἄρα τοῦτό μοι
ἔτι λοιπὸν ἦν, ὅτι καὶ κακῶς ἀκούσομαι.
A. τί δῆτα τοῦτο;

Verum vidisse mihi videor in Inc. Fab. fragm. XII, quod legimus apud Athen. II p. 38 b:

κρύψαι, Φειδία,
ἅπαντα τἄλλά τις δύναιτ' ἂν πλὴν δυοῖν,
οἶνον τε πίνων εἰς ἔρωτά τ' ἐμπεσών. κτέ.

Ob duplicem causam vs. 3 *πίνων* ferri nequit; nam tum requiritur Aoristus, ut recte in fine versus legitur *ἐμπεσών*, tum sensui non satisfacit verbum simplex (non enim adeo difficile est, celare te bibisse vinum), sed necessarium est verbum compositum, in quo *largius potandi* notio insit. Ideo scriptum velim:

οἶνον θ' ὑποπιὼν εἰς ἔρωτά τ' ἐμπεσών.

Cf. Xen. Anab. VII, 2, 29. Hell. V, 45, 40; Plat. Lys. 223 b; Ar. Av. 497 et Lys. 895, ubi fortasse scribendum: *ἡ δ' ὑποπεπωκυῖ' ἡ 'πὶ τοῦ τέγους γυνή.* Sensu tamen prorsus contrario eodem verbo utitur Antiphanes Fab. Inc. fr. XXXIII ap. Athen. II p. 40 c:

Συνεχῶς γὰρ ἐμπιμπλάμενος ἀμελὴς γίγνεται
ἄνθρωπος, ὑποπίνων δὲ πάνυ φροντιστικός.

nam non est, quod dubitemus veram esse Grotii interpretationem: *at diligentiam acuit, qui paulum adbibit.*

M. ibi adnotat hunc vocabuli usum non esse rarum. Mihi nullum aliud exemplum innotuit; huc certe referri nequit locus Platonis ex Rep. II. 372 d: *καὶ τραγήματά που παραθήσομεν αὐτοῖς τῶν τε σύκων καὶ ἐρεβίνθων καὶ κυάμων, καὶ μύρτα καὶ Φηγοὺς σποδιοῦσι πρὸς τὸ πῦρ, μετρίως ὑποπίνοντες, κτἑ.* ubi necessario corrigendum *ἐπιπίνοντες*, cl. Ibid. b: *εὐωχήσονται — ἐπιπίνοντες τοῦ οἴνου κτἑ.* Praeterea vix monendum pro *ἐμπιπλάμενος* me reposuisse formam vere Graecam.

Inter griphorum exempla Athen. X p. 450 c, etiam memorat id, quod olim legebatur in fabula Antiphanea, quae *Πρόβλημα* inscribebatur. Huius fragmenti initium sic editur:

A. *Ἰχθύσιν ἀμΦίβληστρον ἀνὴρ πολλοῖς ἐπιβάλλων,*
οἰηθεὶς, μεγάλῃ δαπάνῃ μίαν εἵλκυσε πέρκην, κτἑ.

M. participium *οἰηθεὶς* interpretatur vocabulis Latinis: *spe (capturae) elatus*, passim apud Thucydidem huius usus exempla obviam esse adnotans. Valde tamen vereor, ut apud historicum unus locus reperiatur, qui, quod h. l. vulgatur, recte tueri possit. Praeterea haereo in particip. Praesentis *ἐπιβάλλων*, pro quo Aoristum expectaveris. Donec igitur erroris convictus ero, versum priorem corruptelae suspectum habebo. Fortasse poetae manus haec est:

A. *Ἰχθύσιν ἀμΦίβληστρον ἀνὴρ πολλοῖς περιβάλλειν*
οἰηθεὶς, μεγάλῃ δαπάνῃ μίαν εἵλκυσε πέρκην.

i. e. *homo quidam, qui multis piscibus se rete circumiicere crediderat, magna impensa unam sustulit percam.* Ita conieci, collato Herodot. I. 141: *ὡς δὴ ψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος, λαβέειν ἀμΦίβληστρον καὶ περιβαλέειν τε πλῆθος πολλὸν τῶν ἰχθύων καὶ ἐξειρύσαι, κτἑ.*

Sanae rationi repugnare videtur, quod dixisse creditur Antiphanes in Fab. Inc. fr. XLIV, quod sic edidit M.:

Ὁ διδοὺς τὸν ὅρκον τῷ πονηρῷ μαίνεται·
τοὐναντίον γὰρ νῦν ποιοῦσιν οἱ θεοί.
ἐὰν ἐπιορκήσῃ τις, αὐτὸς εὐθέως
ὁ διδοὺς τὸν ὅρκον, ἐγένετ' ἐμβρόντητος, ὡς
οἶμαι, δικαίως, ὅτι πεπίστευκέν τινι.

Nisi forte quis credere mavult, alio tempore aliam esse naturam deorum, vitio natum esse mecum iudicabit istud *νῦν*. Quid reponendum sit, docebit ipse Antiphanes in *Φιλοθηβαίου* fragm. II. vs. 5:

τοὐναντίον γὰρ πᾶν ἔδει τούτους ποιεῖν.

Rescribas igitur:

τοὐναντίον γὰρ πᾶν ποιοῦσιν οἱ θεοί.

In fr. LX ap. Stob. Flor. XCI. 14 sic corrigatur vs. 5:

πλοῦτος δὲ βάσανός ἐστιν ἀνθρώπῳ τρόπων.

Editur *ἀνθρώπου*. Cod. B habet *ἀνθρώποις*, quod sequentia respuunt.

Lacunosum est Inc. Fab. fr. XXXI ap. Athen. II p. 163 ed. Dind.:

*τί Φῄς; * * ἐνθάδ' οἴσεις τι καταΦαγεῖν*
ἐπὶ τὴν θύραν, εἶθ' ὥσπερ οἱ πτωχοὶ χαμαὶ
*ἐνθάδ' ἔδομαι καὶ * * * * τις ὄψεται.*

vs. 1. pronomen *τι*, quod metrum corrumpit, delendum videtur cum Meinekio. Deinde autem, expletis lacunis, locum in hunc modum constituerim:

τί Φῄς; τὸ δεῖπνον ἐνθάδ' οἴσεις καταΦαγεῖν
ἐπὶ τὴν θύραν, εἶθ' ὥσπερ οἱ πτωχοὶ χαμαὶ
ἐνθάδ' ἔδομαι κατακείμενος; B. *τίς ὄψεται;*

i. e. *Quid ais? coenamne huc portabis comedendam*

ad ostium; deinde, sicut mendici, humi hic iacens coenabo? B. *quis videbit?* (*i. e. nemo te conspiciet.*)

Inc. Fab. fr. LIV ap. Stobaeum LXXIII. 52:

ἐγὼ γυναικὶ δ' ἓν τι πιστεύω μόνον,
ἐπὰν ἀποθάνῃ μὴ βιώσεσθαι πάλιν.

Post hos duos versus lepidos sane et elegantes facile caremus tertio, qui languidissimus adscribitur:

τὰ δ' ἄλλ' ἀπιστῶ πάνθ' ἕως ἂν ἀποθάνῃ.

Ibidem fr. LVI ap. Stobaeum Floril. LXXIV. 3:

Μὴ χρώμασιν τὸ σῶμα λαμπρύνειν θέλε
ἔργοις δὲ καθαροῖς καὶ τρόποις τὴν καρδίαν.

Quovis pignore contendere ausim, hos versus mentiri nomen Antiphanis. Sunt multo recentioris aetatis fortasse a Christiano homine confecti.

Videamus nunc an prodesse possimus Anaxandridae, ex cuius *Anchise* fragmentum reperitur apud Athenaeum VI p. 263 b sic scriptum:

οὐκ ἔστι δούλων, ὦ 'γάθ', οὐδαμοῦ πόλις,
τύχη δὲ πάντα μεταφέρει τὰ σώματα.
πολλοὶ δὲ νῦν μέν εἰσιν οὐκ ἐλεύθεροι,
εἰς ταὔριον δὲ Σουνιεῖς, εἶτ' εἰς τρίτην
ἀγορᾷ κέχρηνται· τὸν γὰρ οἴακα στρέφει
δαίμων ἑκάστῳ.

Ut postrema recte respondeant praecedentibus: νῦν μὲν — εἰς ταὔριον — εἰς τρίτην, scribendum erit:

τὸν γὰρ οἴακα στρέφει
δαίμων ἑκάστοτε.

i. e. *nam fortuna identidem flectit gubernaculum.*

Misere depravata est pars ultima fragmenti I 'Οδυσσέως, quod exstat apud Athenaeum VI p. 227 b:

ὡραῖον δε μειρακύλλιον

ποιαῖς ἐπῳδαῖς ἢ λόγοις ἁλίσκεται
τίσιν, φράσον γάρ, ἄν τις ἀφέλῃ τὴν τέχνην,
τὴν τῶν ἁλιέων; ἥδε γὰρ δαμάζεται,
ἑφθοῖς προσώποις ἰχθύων χειρουμένη,
ἄγουσ' ὑπ' αὐτὰ τὰ σώματ' ἀρίστου πύλας
ἀσύμβολον κλίνειν τ' ἀναγκάζει φύσιν.

Corruptum est vs. 15 δαμάζεται; nam non facile credam Anaxandridem usum esse forma Media δαμάζεσθαι pro forma Activa huius verbi, qua utebantur omnes. Deinde vs. 17 vocabula: ἄγουσ' — πύλας omni sensu carent. Tanta vulnera curare conatus sum scribendo:

τῇδε γὰρ δαμάζεθ', ἣ
ἑφθοῖς προσώποις ἰχθύων χειρουμένη,
ἄγουσ' ἔπειτα τὸ σῶμα τοῦ 'ραστοῦ πέλας
ἀσύμβολον κλίνειν ἀναγκάζει φύσιν.

i. e. *hac enim arte domatur, quae coctorum piscium aspectu eum subigens, adducens deinde corpus eius prope amatorem, nil conferentem naturam inclinare cogit.* Alia ratione locum corrigere conatus est Iacobsius, cuius nimis fere ingeniosam suspicionem vide apud Meinek. ad h. l. ed. mai. Optime autem novi non deesse, quae huic meae quoque coniecturae obverti possint, v. c. in versu penultimo non sine offensione esse anapaestum in pede tertio propter tragicum fere orationis colorem.

Non sine corruptela aetatem tulisse videtur Τηρέως fragm. III (Athen. XV p. 691 a):

'Αλλ' οἷα νύμφη βασιλὶς ὠνομασμένη
μύροις Μεγαλλίοισι σῶμ' ἀλείφεται.

vs. 1. suspectum habeo ὠνομασμένη, quod valde du-

bito an pro *κατωνομασμένη* i. e. *desponsata* dici potuerit, vs. 2, ante *σῶμα* requiritur articulus, quare scripserim:

μύροις Μεγαλλείοις τὸ σῶμ' ἀλείφεται.

Labe affectum esse arbitror Incert. Fabul. fragm. I eiusdem Anaxandridis, quod legitur apud Stobaeum Floril. LXVIII, 1:

Ὅστις γαμεῖν βουλεύετ' οὐ βουλεύεται
ὀρθῶς, διότι βουλεύεται χοὔτω γαμεῖ·
πολλῶν κακῶν γάρ ἐστιν ἀρχὴ τῷ βίῳ·
ἢ γὰρ πένης ὢν τὴν γυναῖκα χρήματα
λαβὼν ἔχει δέσποιναν, οὐ γυναῖκ' ἔτι,
ἧς ἐστι δοῦλος καὶ πένης· ἣν δ' αὖ λάβῃ
μηδὲν φερομένην, δοῦλος αὐτὸς γίγνεται·
δεῖ γὰρ τὸ λοιπὸν ἀνθ' ἑνὸς τρέφειν δύο. κτἑ.

Tres ultimi versus, quos quicunque accurate legerit, misere depravatos et interpolatos esse sibi persuadebit, omnem leniorem medicinam respuere videntur. Videant igitur viri docti an aut omnia aut ex parte saltem probari possint, quae mihi in mentem venerint. Nempe suspicor ita fere scripsisse Anaxandridem:

ἢ γὰρ πένης ὢν τὴν γυναῖκα, χρήματα
λαβών, ἔχει δέσποιναν· ἣν δ' αὖ μηδὲ ἓν
λάβῃ φερομένην, δοῦλος αὖθις γίγνεται.
δεῖ γὰρ τὸ λοιπὸν ἀνθ' ἑνὸς τρέφειν δύο. κτἑ.

Post *δέσποιναν* eieci vocabula *οὐ γυναῖκ' ἔτι, ἧς ἐστι δοῦλος καὶ πένης*, quae interpolata esse iudico, non modo propterea quod inepte languent et nihil continent nisi vocabulorum *ἔχει δέσποιναν* interpretamentum, verum etiam quod *ἔτι* ferri omnino nequit,

(nam si ea vocula recte haberet, inde, ut opinor, sequeretur per aliquod tempus saltem recens nuptam vere *γυναῖκα* fuisse marito suo, id quod hypothesi aperte repugnat), neque minus quod vocabula *καὶ πένης* et supervacua sunt (nam quis hercle! ferat: *πένης ὢν ἐστι πένης?*) et cum praecedentibus male cohaerent. Praeterea transposui *μηδὲν* mutatum in *μηδὲ ἓν*, et *λάβῃ*; denique quod vs. ultimo pro *αὐτὸς* dedi *αὖθις*, id iam habet Gesneri margo, probatque eam lectionem iure Meinekius. Locus autem ut supra correctum exhibui, interprete indigere non videtur.

Obiter monendum videtur in fragm. V Inc. Fab. apud Stobaeum Flor. LXXIV. 1 legendum esse initio vs. 3 *παρὰ τἀνδρὸς* pro *παρ' ἀνδρός*.

Aliquanto maioris momenti est, quod correctum velim in Fab. Inc. fragm. VI ap. Athenaeum I p. 34:

ἐὰν λούσησθε νῦν
ῥάφανόν τε πολλὴν ἐντράγητε, παύσετε
τὸ βάρος, διασκεδᾶτε τὸ προσὸν νῦν νέφος.

Ne nimis *ἀσυνδέτως* haec dicantur, vide an scribere praestet:

τὸ βάρος, διασκεδᾶτέ τε τὸ προσὸν νέφος,

addita vocula *τε*, quam praecedentis vocabuli ultima syllaba absorpserat, et expuncto adverbio *νῦν*, quod supervacaneum est atque ex duplicata litera *ν* natum videtur.

Verissime ad Eubuli *Ἀμάλθειαν* Hemsterhusius retulisse videtur fragmentum, quod tamquam ex *Δαμαλείᾳ* petitum laudavit Schol. Arist. Plut. 1120:

καὶ πρός γε τούτοις ἀσκὸν εἰς μέσον·
κατατιθέντες εἰσάλλεσθε, κτἑ.

In fine vs. 1 Bentleius addebat *χαμαί*, Meinekius *τάχα*, Dindorfius *τινά*. Probabilius ni fallor statuetur post MєCON excidisse MєΓAN.

Nulla est inter varias coniecturas, quibus viri docti tentarunt Eubuli fragm. ex *Αὔγῃ* apud Athen. XIV p. 622 e, quae sufficere videatur. Monetur nescio quis, ut citius ad convivium se conferat, nam multas iam dapes a convivis consumptas esse, quae ordine enumerantur:

vs. 7 sqq. *ἐνωγάλισται σεμνὸς ἀλλᾶντος τόμος,*
παρεντέτρωκται τευθὶς ἐξωπτημένη,
παρεγκέκαπται σ τ ε ρ ά ν ι' ἐννέ' ἢ δέκα.

Pro *στεράνι'*, quod nihili est, Casaubonus coniecit *στερνία*, quam suspicionem probabilitate non praestat quod M. voluit *πτερνία*. Valckenaerii autem coniectura *σταμνία* quominus vera sit, obstat verbum et *φαγεῖν* vs. 10. Dindorfius denique scripsit *τ'ἀρνία*, quod in textum recepit M. quamvis recte observans, non sine offensione esse, novem vel decem agnos a convivis devoratos esse dici. Vide igitur an forte mihi acu rem tangere contigerit coniicienti:

παρεγκέκαπται κ ρ α ν ί' ἐννέ' ἢ δέκα.

κρανία autem sive capita piscium a comicis recensentur inter cibos delicatiores; cf. Antiphan. ap. Athen. XIV p. 622 e; eundem Athen. VIII p. 340 c; ipsum Eubulum Athen. VII p. 311 d; eundem Ath. VII p. 330 c; Amphidem ap. Ath. VII p. 295 e:

γλαῦκοι δ' ὅλοι, ῥαχιστὰ κρανίων μέρη
εὔσαρκα.

Anaxilam Athen. VII p. 307 c.

Grammatica Graeca violatur in *Καμπυλίωνος* fragmento IV apud Athen. XIII p. 571 f:

ὡς δ' ἐδείπνει κοσμίως
οὐχ ὥσπερ ἄλλαι, τῶν πράσων π ο ι ο ύ μ ε ν α ι
τολύπας, ἔ σ α τ τ ο ν τὰς γνάθους καὶ τῶν κρεῶν
ἀ π έ β ρ υ κ ο ν αἰσχρῶς, κτέ.

Corrigendum, quamvis obnitentente Mein., *ἔσαττεν* et *ἀπέβρυκεν*, fortasse etiam *ποιουμένη*. Nequaquam simile est, quod exemplum ad hanc attractionem probandam laudat M. Eubuli Orth. III: 3, nam nostro loco praeterquam numeri temporis quoque enallage obtineret.

Infelicissima, si quid iudico, coniectura Toupius tentavit iocosum fragm. II *Κερκώπων* apud Athen. X p. 417 d:

Μετὰ ταῦτα Θήβας ἦλθον, οὗ τὴν νύχθ' ὅλην
τήν θ' ἡμέραν δειπνοῦσι καὶ κοπρῶν' ἔχει
ἐπὶ ταῖς θύραις ἕκαστος, οὗ πλήρει β ρ ο τ ῷ
οὐκ ἐστὶ μεῖζον ἀγαθόν, κτέ.

In *βροτῷ*, quod codicum lectioni *βροτῶν* substituit Casaubonus, fortasse non iniuria haesit Toupius, sed quod coniecit *βοτῶν* vulgata scriptura est longe ineptius. Si quid mutandum, quae res mihi nondum satis liquet, mihi non displiceret *βορᾶς*, quod substantivum a comicorum sermone non abhorrere docebit v. c. Arist. Eq. vs. 514:

κυνὸς β ο ρ ὰ ν σιτούμενος μαχεῖ σὺ Κυνοκεφάλλῳ.

cf. Ephippi *Σαπφ.* vs. 3 apud Athen. XIII p. 572 c.

Recte de Callistrato Bergkius accepisse videtur fragm. II ex *Σφιγγοκαρίωνι* apud Athen. XII p. 553 a:

ἐν θαλάμῳ μαλακῶς κατακείμενον. ἐν δὲ κύκλῳ νιν
παρθενικαὶ τρυφεραὶ χλανίσιν μαλακαῖς κατάθρυπτοι

τὸν πόδ' ἀμαρακίνοισι μύροις τρίψουσι τὸν ἐμόν.

Et metrum et sensus ultimum vocabulum depravatum esse docet. Iacobsius coniecit *ἁμόν*, quod verum non est propter *νιν* vs. 1; neque magis probari potest Bergkii coniectura *αἰνόν*, quam fateor me non intelligere. Ni literarum ductus nimis fere differrent, apprimis mihi placeret *τὸν ἁβρόν*, i. e. *pedem mollem* s. *delicatum* cf. Eur. Hel. 1528, Iph. A. 614.

Rem, ad quam probandam laudatur, omnino non probat Fab. Inc. fragm. XV b. ap. Athen. II p. 66 d:

κόκκον λαβοῦσα κνίδιον ἢ τοῦ πεπέριδος
τρίψασ' ὁμοῦ σμύρνῃ διάπαττε τὴν ὁδόν.

Scilicet apud Athenaeum haec praecedunt: *εἰς τὸ πρόπωμα καὶ ταῦτα ἐνεβάλλοντο, πέπερι, κτέ.* An forte poeta scripserat *διάπαττε τήνδ' ὅλην* scil. *τὴν κύλικα*?

Scripsisse quod barbarum est creditur Philetaerus in *Ἀταλάντῃ* apud Athenaeum X p. 416 f:

κἂν δῇ, τροχάζω στάδια πλείω Σωτάδου,
καὶ Ταυρέαν δὲ τοῖς πόνοις ὑπερβαλῶ,
τὸν Κτησίαν δὲ τῷ φαγεῖν ὑπερδραμῶ.

In fine vs. tertii deleatur verbum *ὑπερδραμῶ*, qua Futuri forma pro *ὑπερδραμοῦμαι* nemo unquam Graecorum usus est. E versu praecedente cogitando suppleas *ὑπερβαλῶ*.

Eiusdem *Κυναγίδος* fragm. I, quod, servatum ab Athenaeo XIII p. 587, acerbissimam in meretrices illius aetatis satyram continet, sic scribitur:

Οὐχὶ Κερκώπη μὲν ἤδη γέγον' ἔτη τρισχίλια,
ἡ δὲ Διοπείθους ἀειδὴς Τέλεσις ἕτερα μυρία;

Adiectivum *ἀειδὴς* apud Atticos, ni fallor, semper et

ubique significat: *quod cerni non potest*, et saepissime e regione opponitur *ὁρατός*, v. c. Plat. Phaed. 79 a. Ea vero notio, quam h. l. huic vocabulo tribuunt viri docti (= *αἰσχρά*) apud Atticos inest adiectivo *δυσειδής*. Nolim tamen sic scribere, quum multo lenius corrigere possis *ἀηδής*, quod convicium altero multo est acrius, quum adhiberi soleat de iis, quae fastidium nobis creent. Apud serioris aevi scriptores *ἀειδὴς* pro *δυσειδής* dici posse minime nego. Legimus certe apud Diod. Sic. II. 4 *νεανίσκος οὐκ ἀειδής*, et subst. *ἀειδία* non infrequens est apud Flavium Iosephum.

Verbum *παίζειν* obscoeno sensu accipiendnm esse iudico in pereleganti fragmento ex Amphidis *Γυναικοκρατίᾳ* apud Athenaeum VIII p. 336 c:

πῖνε, παῖζε· θνητὸς ὁ βίος, ὀλίγος οὑπὶ γῇ χρόνος,
ἀθάνατος ὁ θάνατός ἐστιν, ἂν ἅπαξ τις ἀποθάνῃ.

Elegans illa metaphora, quae ut h. l. in verbo *παίζειν* non raro obtinet, in memoriam mihi revocat notum Sardanapali epitaphium apud Arrianum Anab. II. 315, quem locum hîc adscribam, tum quia similem sententiam continet, tum quod medicina egere videtur. Verba autem Arriani haec sunt: *ὅτι Σαρδανάπαλλος ὁ Ἀνακυνδαράξου παῖς Ἀγχίαλον καὶ Ταρσὸν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ἐδείματο, σὺ δ' ὦ ξένε, ἔσθιε καὶ πῖνε καὶ παῖζε, ὡς τἆλλα τἀνθρώπινα οὐκ ὄντα τούτου ἄξια.* Pro vocabulis *οὐκ ὄντα τούτου ἄξια* requiro *οὐκ ὄντα* [*οὐδὲ*] *τούτου ἄξια*; quam coniecturam veram esse probant ea, quae proxime subiiciuntur: *τὸν ψόφον αἰνισσόμενος, ὅνπερ αἱ χεῖρες ἐπὶ τῷ κρότῳ ποιοῦσιν· καὶ τὸ παῖζε ῥᾳδιουργότερον ἐγγεγράφθαι ἔφασαν τῷ Ἀσσυρίῳ ὀνόματι*, e quibus rectius fortasse abesset praepo-

sitio ἐπί. In fragmento, quod sequitur apud M. vs. 6 sic legendus est:

τὠνόματα τῶν δώδεκα θεῶν διελήλυθας.

ubi vulgatur, omisso articulo, ὀνόματα κτέ.

Exigua mutatione pristinus nitor reddatur Ἰαλέμου fragmento I apud Athenaeum II p. 69 b:

ἐν ταῖς θριδακίναις ταῖς κάκιστ' ἀπολουμέναις,
ἃς εἰ φάγοι τις ἐντὸς ἑξήκοντ' ἐτῶν,
ὁπότε γυναικὸς λαμβάνοι κοινωνίαν,
στρέφοιθ' ὅλην τὴν νύκτα κτέ.

Nempe si vs. 2, ut nunc scribitur, recte interpretamur, inde sequatur necesse est, sexagenario maiorem (τὸν ἐκτὸς ἑξήκοντ' ἐτῶν), si lactucam sativam comederit, nullum inde detrimentum capere, quod attineat ad rem veneream. At potius contrarium poetam dicere voluisse satis apparet, quare neutiquam dubito, quin ei reddendum sit:

ἃς εἰ φάγοι τις κἀντὸς ἑξήκοντ' ἐτῶν, κτέ.

i. e. *quas si comederit aliquis vel sexagenario minor*, cet.

Interprete fortasse indiget fragm. III ex Anaxilai Λυροποιῷ ap. Stobaeum Floril. LVII. 4, cuius sensus mihi certe primo obtutu ita obscurus erat, ut corruptum esse putarem [1]). Nunc credo agellum a poeta significari, qualem describit nescio quis apud comicum anonymum, cuius fragmentum servavit idem Stobaeus ibid. 7:

[1]) Verba haec sunt:

πῶς ἔχεις; ὡς ἰσχνὸς εἶ;
B. ἀπόλλυμαι. τρέφω γὰρ ἐν ἀγρῷ χωρίον.

Ne quis τρέφει reponendum esse coniiciat, hoc obstare videtur, quod ita vix pronomine με carere possimus.

ἐγὼ γεωργῶ τὸν ἀγρὸν, οὐχ ὅπως τρέφῃ
αὐτός με, παρ' ἐμοῦ δ' ἵνα τροφὴν προσλαμβάνῃ, κτέ.

Initium fragm. II ex Νεοττίδι (Athen. XIII p. 572) sic expleverim:

Ἐὰν δέ τις μέτρια λέγουσα [τῶν φίλων]
τοῖς δεομένοις τινῶν ὑπουργῇ πρὸς χάριν,
ἐκ τῆς ἑταιρίας ἑταίρα τοὔνομα
προσηγορεύθη.

Praeterea vs. 1 exspectaveris: μέτρια φρονοῦσα, collato vs. 6:

ἆρ' ὡς ἀληθῶς ἐστι γοῦν
ἁπλῆ τις;

ubi pro vocabulis ἐστι γοῦν requiro: ἐστιν οὖν.

Vix capio quî fieri potuerit, ut nondum correctum sit eiusdem poetae fragm. ex *Nereo* apud Athen. X p. 426 c:

καί τοι πολύ γ' ἔσθ' ἥδιον· οὐ γὰρ ἄν ποτε
ἔπινον ἂν τρὶς ὕδατος, οἴνου δ' ἓν μόνον.

Nemo enim non videt male inter se opponi vocabula τρὶς et ἕν. Scribendum: ἔπινον ἂν τρί' ὕδατος κτέ; nam cogitando supplendum est μέρη. Sic v. c. vinum bonum dicitur τὰ τρία φέρειν καλῶς, et est in noto proverbio: ἢ πέντε πίνειν ἢ τρί' ἢ μὴ τέτταρα. Possis tamen etiam locum sic emendare, ut scribas:

ἔπινον ἂν τρεῖς ὕδατος. οἴνου δ' ἕνα μόνον,

collato Alexidis Τίτθης fr. I:

Ἰδοὺ πάρεστιν οἶνος· οὐκοῦν ἐγχέω,
Κρίτων, πολύν; B. βέλτιον ἕνα καὶ τέτταρας, κτέ.

ubi subintelligendum est κυάθους. Posterior autem ratio fortasse prae altera praeferenda est, quia codices habent τρὶς vel τρεῖς.

Perturbatum et interpolatum esse iudico Aristophontis fragm. I e Πυθαγοριστῇ ap. Athen. VI p. 238:

Πρὸς μὲν τὸ πεινῆν ἐσθίειν τε μηδὲ ἓν
νόμιζ' ὁρᾶν Τιθύμαλλον ἢ Φιλιππίδην,
ὕδωρ δὲ πίνειν βάτραχος, ἀπολαῦσαι θύμων
λαχάνων τε κάμπη, πρὸς τὸ μὴ λοῦσθαι ῥύπος,
ὑπαίθριος χειμῶνα διάγειν κόψιχος,
πνῖγος ὑπομεῖναι καὶ μεσημβρίας λαλεῖν
τέττιξ, ἐλαίῳ μήτε χρῆσθαι μήθ' ὁρᾶν
κονιορτός, ἀνυπόδητος ὄρθρου περιπατεῖν
γέρανος, καθεύδειν μηδὲ μικρὸν νυκτερίς.

Loquitur poeta de parasito, nescio quo. *Ad famem tolerandam*, ait, *est Tithymallus alter aut Philippides; ad aquam bibendam rana, edendis oleribus et porro eruca.* Hucusque vides omnia recte et ordine procedere, sed haereo in sequentibus. Nempe, propterea quod non lavat, *illuvies* dicitur. Dici sane potest; sed quam misere haec comparatio languet prae ceteris (*βάτραχος, κάμπη, κόψιχος, τέττιξ, κονιορτός, νυκτερίς*)! Praeterea animadverte vs. 7, postquam iam de aliis omnibus locutus sit, poetam subito de eodem squalore denuo mentionem iniicere. Neque negligendum opinor, vix Aristophonte digna esse vocabula: *ἐλαίῳ μήτε χρῆσθαι μήθ' ὁρᾶν*, quae potius misero poetastro, lacunam explere conanti, tribuerim, quam corrupta esse putaverim cum Meinekio. Hisce causis commotus, locum olim scriptum fuisse suspicor in hunc modum:

vs. 3 sqq.: *ἀπολαῦσαι θύμων*
λαχάνων τε κάμπη, πρὸς τὸ μὴ λοῦσθαι ῥύπον
κονιορτός, ἀνυπόδητος ὄρθρου περιπατεῖν

γέρανος, καθεύδειν μηδὲ μικρὸν νυκτερίς;
ὑπαίθριος χειμῶνα διάγειν κόψιχος,
πνῖγος ὑπομεῖναι καὶ μεσημβρίας λαλεῖν
τέττιξ. [ἐλαίῳ μήτε χρῆσθαι μήθ' ὁρᾶν].

Quae si recte constitui, apparet demum, postquam versuum ordo turbatus esset, a correctoribus *ῥύπον*; qui Accusativus olim pendebat a *λοῦσθαι*, mutatum esse in *ῥύπος*, ut casus iste conveniret cum *βάτραχος*; *κάμπη*, *κόψιχος*, reliquis, itaque aliquatenus saltem locus explicari posset. Iidem vs. 8, ut *κονιορτός* haberet, quo referretur, de suo finxerunt bella ista: *ἐλαιῷ μήτε χρῆσθαι μήθ' ὁρᾶν*. Ad vocabula autem: *πρὸς τὸ μὴ λοῦσθαι ῥύπον κονιορτός*, apposite conferas Anaxandridis Ulix. II vs. 6: *Χαίρει τις αὐχμῶν ἢ ῥυπῶν, κονιορτὸς ἀναπέφηνε*, qui versus coniecturam nostram non parum confirmare videtur.

Cura multo leniori salvum evadet fragm. Epicratis I ex Ἀντιλαΐδι ap. Athen. XIII p. 570 b, ubi sic vulgatur vs. 20: *ἰδεῖν μὲν αὐτὴν ῥᾴόν ἐστι καὶ πτύσαι·*
»Lais", ait in superioribus poeta, »quum pulchra adhuc esset, valde difficilem se praebebat amantibus, et *εἶδες ἂν αὐτῆς Φαρνάβαζον θᾶττον ἄν*, sed, postquam senescere coepit, et dissoluta fuit pulchri corporis harmonia, *ἰδεῖν μὲν αὐτὴν ῥᾴόν ἐστι καὶ πτύσαι*." Non difficile autem est ad perspiciendum, quos duos laudavi versus e regione inter se opponi, neque igitur admittendam esse Meinekii coniecturam *κύσαι* pro *πτύσαι* suspicantis, quod ipse, credo, vir doctissimus intelligens, dubitanter eam proposuit. Palam igitur est, requiri aliquid, quod vi non minori dictum sit, quam illa: *εἶδες ἂν αὐτῆς κτἑ.* Quapropter videndum, an huic

postulato satisfaciat, quod ipse ab Epicrate profectum esse exigua sane mutatione suspicatus sum:

ἰδεῖν μὲν αὐτὴν ῥᾷόν ἐστιν ἢ πτύσαι·

i. e. vel *facilius est eam videre, quam spuere.*

Interpolata esse videtur pars lepidissimi fragmenti apud Athen. II p. 59 c. (Meinekius primum locum ei tribuit .inter Epicratis reliquias e fabulis incertis), in quo fragmento poeta ludificatur Platonem, Speusippum et Menedemum:

vs. 20 sqq.: *πρώτιστα μὲν οὖν πάντες ἀναυδεῖς*
τότ' ἐπέστησαν, καὶ κύψαντες
χρόνον οὐκ ὀλίγον διεφρόντιζον.
κᾆτ' ἐξαίφνης, ἔτι κυπτόντων
καὶ ζητούντων τ ῶ ν μ ε ι ρ α κ ί ω ν
λάχανόν τις ἔφη στρογγύλον εἶναι, κτέ.

Quandoquidem vs. 24 *subiectum*, quod dicitur, manet idem ac fuit in superioribus, expungendum est iners istud additamentum: *τῶν μειρακίων*, male repetitum ex vs. 10.

Manum medicam iam nimis diu frustra exspectavit Alexidis Ἀγωνὶς ἢ Ἱππίσκος, cuius fabulae fragm. IV legitur apud Athen. XI p. 471 e, sic scriptum:

Μεστὴν ἀκράτου θηρίκλειον ἔσπασεν
κοίλην ὑ π ε ρ θ ύ ο υ σ α ν.

Pro ultimo vocabulo, quod nihili est, non male legeretur *ὑπεραφρίζουσαν*, quo verbo in prorsus eadem re usus est Eubulus in Κυβευταῖς fr. I:

Ἄρτι μὲν μάλ' ἀνδρικὴν
τῶν θηρικλείων ὑ π ε ρ α φ ρ ί ζ ο υ σ α ν παρά,
κωθωνόχειλον, — — — — — — — —
— — — — εἷλκον Διὸς σωτῆρος.

ubi vs. 2 pro *παρά* fortasse legendum *πάτερ*. Antiphanes in Ὁμοίοις I vs. 4 sqq.:

καὶ Διὸς σωτῆρος ἦλθε θηρίκλειον ὄργανον,
τῆς τρυφερᾶς ἀπὸ Λέσβου σεμνοπότου σταγόνος
πλῆρες, ἀ φ ρ ί ζ ο ν, ἕκαστος δεξιτερᾷ δ' ἔλαβεν.

Pro *ὑπερθύουσαν* ne quis mutationis lenitate permotus *ὑπερθέουσαν* coniiciat, moneo hoc verbum eo sensu, quo nostrates de poculo nimis pleno utuntur vocabulo *overloopen*, Graecum non esse. Quum tamen *ὑπεραφρίζουσαν* foret nimis violenta correctio, vide an verum sit *ὑπερζέουσαν*. Theophilus certe in *Boeōtia* ap. Athenaeum XI p. 472 dixit: *κύλικα — ἀφρῷ ζέουσαν.*

Evidentiori coniectura eluemus maculam, qua inquinatum est eiusdem fragmentum ex *Aesopo* unicum, quod servavit Athen. X p. 431, in quo colloquentes inducuntur Aesopus et Solon. Illi enim laudanti morem Atheniensium, quod in conviviis mero abstinerent, et semper vinum aqua commixtum potarent, respondet Solon vs. 4:

οὐ γὰρ ῥᾴδιον (ἀκρατοποτεῖν), πωλοῦσι γὰρ
ἐν ταῖς ἁμάξαις εὐθέως κεκραμένον,
οὐχ ἵνα τι κερδαίνωσι, τῶν δ' ὠνουμένων
προνοούμενοι τ ο ῦ τὰς κεφαλὰς ὑγιεῖς ἔχειν
ἐ κ κ ρ α ι π ά λ η ς.

Ultima, quae adscripsi, duplici vitio laborant, nam primo loco Graecum est *προνοεῖσθαί τι τινός*, neque hoc verbum cum duplici Genitivo construitur, deinde *ὑγιὴς ἐκ κραιπάλης* si quid significat, potius est *sanus post crapulam*, quam id, quod h. l. requiritur, *crapulae expers*. Utraque difficultas facile tolletur lenissima mutatione. Nempe scribo vs. 6 sqq.:

τῶν δ' ὠνουμένων
προνοούμενος τὸ τὰς κεφαλὰς ὑγιεῖς ἔχειν
κἀκραιπάλους.

Leve est, quod mutandum videtur in eiusdem Ἀχαΐδι fr. I apud Stob. Flor. XXIX. 33:

ἅπαντα τὰ ζητούμεν' ἐξευρίσκεται
ἂν μὴ προαποστῇς μηδὲ τὸν πόνον φύγῃς·
ὅπου γὰρ εὑρήκασιν ἄνθρωποί τινες
μέρος τι τῶν θείων τοσούτῳ τῷ τόπῳ
ἀπέχοντες, ἄστρων ἐπιτολάς, κτέ.

vs. 4 scribendum est ni fallor: τοσοῦτο τῷ τόπῳ ἀπέχοντες, i. e. *loco tam longe distantes.* Ad sententiam, quae duobus primis versibus continetur, fortasse non inutiliter contuleris Plautinum illud: *nihil tam difficile est, quin quaerendo investigarier possiet.*

Nefas mihi duxi silentio praeterire fragm. I Εἰσοικιζομένου (Athen. XV p. 691 e), in quo quamvis aperte depravato nondum haesisse videntur viri docti. Verba autem haec sunt:

οὐ γὰρ ἐμυρίζετ' ἐξ ἀλαβάστου, πρᾶγμά τι
γιγνόμενον ἀεί, κρονικόν, ἀλλὰ τέτταρας
περιστερὰς ἀφῆκεν ἀποβεβαμμένας
εἰς οὐχὶ ταὐτὸν μὰ Δία τὴν αὐτὴν μύρον,
ἰδίῳ δ' ἑκάστην.

Verbis non opus est ad demonstrandum, quod unusquisque monitus statim videt ferri non posse vocabula τὴν αὐτήν, pro duo potius exspectaris ἁπάσας, quod et nimium distat et metrum iugularet. Vide igitur, an in ΤΗΝΑΥΤΗΝ lateat ΤΟΝΜЄΓΑΝ i. e. μὰ Δία τὸν μέγαν. Cf. v. c. Ar. Nub. vs. 1239. Corruptela facile explicari potest ex vocab. ταὐτόν, quod proxime

praecedens dormitantis scribae memoriae inhaerebat. Si quis autem loco nostro articulum ante Δία requirit, scribere poterit: εἰς οὐχὶ ταὐτό, μὰ τὸν Δία τὸν μέγαν, μύρον. Cf. Timoclem ap. Athenaeum XIII p. 570 f.

In Κυβερνήτου fragm. I, quod servavit Athenaeus VI p. 237 b, colloquuntur duo homines, quorum alter ipse parasitus parasitorum duo genera distinguenda esse docet; ad alterum genus, qui pulla veste in scenam inducerentur, se pertinere suique similes; deinde alterum genus quale fuerit ex his verbis apparet:

vs. 3 sqq.: N. θάτερον ζητῶ γένος
σεμνοπαράσιτον ἐκ μέσου καλούμενον.
A. σατράπας παρασίτους καὶ στρατηγοὺς ἐπιφανεῖς
ὑποκρινόμενον εὖ τοῖς βίοις, ὀφρῦς ἔχον
χιλιοταλάντους ἀνακυλιῖόν τ' οὐσίας.
νοεῖς σὺ τὸ γένος καὶ τὸ πρᾶγμα; κτέ.

Vulgo vs. 1 et 2 eorum, quos adscripsi, male inverso ordine leguntur, quam rem perspexit iam Dobraeus Adv. II p. 310. Sed praeterea cum M. haereo in vocabulis ἐκ μέσου, quae nemodum aut explicare aut emendare conatus est. Nisi fallor, parvo literarum discrimine scribendum est:

σεμνοπαράσιτον ἐμμέτρως καλούμενον.

i. e. *quod genus apposite appellatur* σεμνοπαράσιτον. Prorsus eodem sensu, ne exemplum desit, Plato adverbio ἐμμέτρως usus est in Cratylo p. 395 e: δοκεῖ τῷ Πέλοπι τοὔνομα ἐμμέτρως κεῖσθαι. Deinde nescio, an vs. 7 ita legendus sit:

χιλιοταλάντους τ' ἀνακυλίνδον οὐσίας.

transposita coniunctione τε et emendata prava forma ἀνακυλιῖον. Ad vs. 5 verissima est Dobraei observatio,

vocabulum *παρασίτους* ferri non posse; incertae sunt eiusdem coniecturae *μεγίστους* vel *ζαπλούτους* suspicantis. Denique vs. 14, qui sic vulgatur: *ἆρά γε διδάσκω, Ναυσίνικ'; N. οὐκ ἀστόχως.* reponendum esse puto, quod e Nausinici responso verum esse apparet,:

ἆρ' εὖ σε διδάσκω κτἑ.

Quam facile autem permutentur litera *α* et diphtongus *ευ*, videas apud F. I. Bastium, Comm. Palaeogr. p. 706, 707; de particula *γε* et pronomine *σε* confusis consulas eundem ibid. p. 760.

Quod ex eiusdem Alexidis *Λεύκῃ* servavit Athen. XII p. 312 fragmentum unicum continet colloquium inter coquum et puerum, quem docet, qua ratione saurus sit parandus:

vs. 4 sqq.: *διαπτύξας θ' ὅλον*
τῷ σιλφίῳ μάστιξον εὖ τε καὶ καλῶς,
τύρῳ τε σάξον ἁλσί τ' ἠδ' ὀριγάνῳ.

Pro *μάστιξον* vs. 5 aliquando suspicabar legendum esse *πάταξον*, collato alio loco Alexidis e *Πονήρᾳ* huicce simillimo apud Athen. IV p. 170 c: *καὶ σιλφίῳ πυκνῷ πατάξας.* Causa autem, qua movebar, haec erat, quod forma *μαστίζειν*, quae Homerica est et nonnisi apud seriores prosaïcos occurrit, ab Atticorum usu alienam esse putabam, quippe qui semper et ubique uterentur verbo *μαστιγοῦν*.

Nunc vero sententiam muto, tum quod verbum *μαστίζειν* elegantius esse videtur, quam quod scribarum errori tribuamus; tum quia in versu ultimo huius fragmenti coniunctio Homerica *ἠδέ* legitur (pro *καί*), quae vocula omnem leniorem certe medicinam pertinaciter respuere videtur; quod enim pro-

ponit M. in ed. min. *εἶτα* omnino ferri non potest. Prorsus autem eodem sensu, quo h. l. legitur *μάστιξον* et Ath. l. l. *πάταξον*, verbo *σφενδονᾶν* usus est Axionicus in *Χαλκιδικοῦ* fragm. II vs. 3: *ἔντερ' ἁλὶ καὶ σιλφίῳ σφενδονῶν* ap. Athenaeum III p. 95 c.

Fortasse veram lectionem reperire mihi contigit in fragmento II *Μανδραγοριζομένης*, quod affert Athenaeus XIV p. 621 d, quodque ne fatigatis tam arido scripturae genere lectoribus deesset, quo animum aliquantisper oblectarent, quia lepidissimum est, integrum adscribere non dubitavi:

ἐὰν ἐπιχώριος
ἰατρὸς εἴπῃ »τρυβλίον" τούτῳ δότε
πτισάνης »ἕωθεν", καταφρονοῦμεν εὐθέως·
ἂν δὲ »πτισάναν" καὶ »τρυβλίον", θαυμάζομεν·
καὶ πάλιν ἐὰν μὲν »τευτλίον", παρείδομεν·
ἐὰν δὲ »σεῦτλον", ἀσμένως ἠκούσαμεν·
ὡς οὐ τὸ σεῦτλον ταὐτὸν ὂν τῷ τευτλίῳ.

Vides contra *τὸ θρυλούμενον* illud, quamvis tempora mutentur, genus humanum non mutari in illis. Meinekius de medicis Dorice loquentibus apposite laudat Cratetem Fab. Inc. V et Epicratem Fab. Inc. I. 25. Recte idem animadvertit vs. 4, quod nemo non videt, pro *τρυβλίον* requiri vocabulum Doricum, iure tamen reiecta Schweighaeuseri suspicione huc referendum esse Hesychii glossam *Λίδριον*: *τρυβλίον.* Nam tum ipsum istud *λίδριον* non sanum esse videtur, tum ambiguum est, fueritne hoc vocabulum Doricum an Atticum an ex alia quacunque dialecto. Ipse non ita improbabile esse puto, quamvis nullum disertum de ea re testimonium exstet, pro *τρυβλίον* Do-

riienses dixisse τρουβλίον, quae quam foret lenis h. l. correctio, non opus est dicam. Eodem modo pro τῦφος dicebant τοῦφος, pro μυθίζει μουσίδδει, pro σύκινος σούκινος, pro κάρυξ κάρουξ; et quae alia multa exempla mutatae vocalis υ in ου apud Lacones collegit vir, qui de hac literarum parte bene meruit prae philologis ceteris omnibus, Ahrensium dico in aureo libro *de dialecto Dorica*, p. 124 sqq. Pro hac autem coniectura id quoque pugnare videtur, quod etiam reliqua duo vocabula, quae medico τῷ δωρίζοντι tribuit, perparum ab Atticis, quae iis respondent, differunt [1]).

Fragmentum eiusdem poetae e Μιλησίᾳ dramate apud Athen. IX p. 379, colloquium continet inter coquum et peregrinum, nescio quem (vide vs. 5). Contendit autem coquus, ut in fere omnibus artibus non solum is, qui artem profitetur, redundantis inde fructus auctor est, verum etiam ii, qui commodis, quae ars procurat, utuntur, partem contribuunt suam; sic etiam:

(vs. 6 sqq.) τὸν ὀψοποιὸν σκευάσαι χρηστῶς μόνον
δεῖ(ν) τοὔψον, ἄλλο δ' οὐδέν. ἂν μὲν οὖν τύχῃ
ὁ ταῦτα μέλλων ἐσθίειν τε καὶ κρινεῖν
εἰς καιρὸν ἐλθών, ὠφέλησε τὴν τέχνην·
ἂν δ' ὑστερίζῃ τῆς τεταγμένης ἀκμῆς,
ὥστ' ἢ προοπτήσαντα χλιαίνειν πάλιν,
ἢ μὴ προοπτήσαντα συντελεῖν ταχύ,
ἀπεστέρησε τῆς τέχνης τὴν ἡδονήν. κτέ.

Statim post vs. 10 versum excidisse liquido constat

[1]) vs. 4 pro πτισάναν malim πτισάνας.

e duobus versibus statim sequentibus; nam versui 10: ἂν δ' ὑστερίζῃ κτέ. respondent sola vocabula: ὥστ' ἢ προοπτήσαντα κτέ., ita ut verba ἢ μὴ προοπτήσαντα κτέ., omnino non habeant, quo referantur. Versus autem, qui periit, initium fuit: ἢ πρότερος ἔλθῃ. Idem non fugisse puto Grotium, qui sic vertat vs. 10: *quod si hoc articulo (temporis) citius venit aut serius*, dum in Graecis tantummodo sit ὑστερίζῃ. In praecedentibus obiter moneo, vs. 2 pro οὐκ ἀρχιτέκτων, requiri οὐχ ἀρχιτέκτων, ut vs. sequente recte τῶν χρωμένων legitur; vs. 8 notanda inaequalis constructio: μέλλων ἐ σ θ ί ε ι ν τε καὶ κ ρ ι ν ε ῖ ν, qualem licentiam veteres Atticos sibi permissuros fuisse non credo.

Levi vitio liberandum est Πυθαγοριζούσης fragm. I apud Athen. III p. 122 f; requiritur enim, ni fallor, vs. 1: ἂν δ' ὠμὸν πίῃς pro ἂν — πίῃ.

Auctor est Athenaeus VI p. 244 d, Alexidem in Πυραύνῳ induxisse Stratium parasitum indigne ferentem velocitatem, qua per viam curreret ὁ τρέφων, et exclamantem:

Ἐμοὶ παρασιτεῖν κρεῖττον ἦν τῷ Πηγάσῳ,
ἢ τοῖς Βορεάδαις ἢ εἴ τι θᾶττον ἔτι τρέχει,
ἢ Δημέᾳ Λάχητος Ἐτεοβουτάδῃ·
πέτεται γὰρ ο ὐ χ ο ἷ ο ν βαδίζει τὰς ὁδούς.

Locutio οὐχ οἷον apud serioris aetatis scriptores eodem sensu adhiberi solet, quo veteres Attici dicebant: οὐχ ὅπως sive οὐ μόνον οὐκ. Locum nostrum potius contrarium requirere vix est, quod moneam; possis igitur suspicari οὐ μόνον, sed vereor, ut vel hoc poetae menti sit satis congruum. Ego certe in simili re dixissem:

πέτεται γὰρ οὗτος, οὐ βαδίζει τὰς ὁδούς.

In fragm. II *Συναποθνησκόντων* ap. Athen. IV p. 165 a, forsan vs. 1 pro *ἐλθών* requirat aliquis *ἦλθεν*, quae tamen emendatio non videtur necessaria, quum fieri possit, ut vocabula: *ἤδη — γλυκύ* apud ipsum poetam in parenthesi posita fuerint, et deinde secuta sit *ἀπόδοσις*.

Parcas Atticorum coenas acriter perstringit Alexis in fragmento *Συντρεχόντων*, quod corruptissimum servavit Athenaeus IV p. 137 c:

ἔγωγε δύο λαβεῖν μαγείρους βούλομαι,
οὓς ἂν σοφωτάτους δύνωμ' ἐν τῇ πόλει,
μέλλοντα δειπνίζειν γὰρ ἄνδρα Θετταλόν
οὐκ Ἀττικηρῶς οὐδ' ἀπηκριβωμένως
λιμῷ παρελθεῖν * * ἃ δεῖ καθ' ἓν
ἕκαστον αὐτοῖς παρατιθέντα, μεγαλείως δέ.

Loci quamvis depravati sensus minime obscurus hic est: dicit Atheniensis nescio quis duos se coquos conducturum esse quam peritissimos; nam siquidem Thessalo cuidam coenam praebiturus sit, nolle se parco Atticorum more fame convivas enecare suos, *καθ' ἓν ἕκαστον αὐτοῖς παρατιθέντα*, i. e. cibis singulis post intervalla appositis. Quae si vera est interpretatio, apparet, quam languide in fine addantur vocabula *μεγαλείως δέ*, manifestum lectoris additamentum, quod quantocius delendum esse, ipsum metrum potest docere. Versus praecedens sic expleri poterit:

λιμῷ παρελθεῖν [τοὺς ξένους με] δεῖ καθ' ἕν,

quam tamen coniecturam non ita certam esse facile largior. Ne verbum *παρελθεῖν* quidem vitio carere puto. Cogitavi de *περιελθεῖν* (*circumvenire*), quod tamen fortasse nec ipsum sufficit.

Tarentinorum fragm. IV non satis emendate scriptum legitur apud Athenaeum IV p. 134 a, cuius partem priorem hîc adscribam:

τοῦτο γὰρ νῦν ἔστι σοι
ἐν ταῖς Ἀθήναις ταῖς καλαῖς ἐπιχώριον·
ἅπαντες ὀρχοῦντ' εὐθὺς, ἂν οἴνου μόνον
ὀσμὴν ἴδωσιν.

Miror a neminedum, quod certe sciam, in corruptelae suspicionem vocatum esse verbum *ἴδωσιν*, quamvis satis manifestum sit odorem sentiri quidem, sed videri non posse. Ni fallor, Alexis, quem non iniuria *τὸν χαρίεντα* appellare solet Athenaeus, non sine ioco scripserat:

ἅπαντες ὀρχοῦντ' εὐθὺς, ἂν οἴνου μόνον
ὀσμὴν πίωσιν,

i. e. *omnes statim saltant, postquam non vinum, sed vini tantummodo odorem biberunt.* Perparum autem differre ΙΔΩCIN et ΠΙΩCIN quis est, qui infitias iverit?

Laudes amantium continet fr. II *Τραυματίου* apud Athen. XIII p. 562. » Hi soli” ait poeta » vivunt, in » quibus requiritur summa rei militaris peritia, cor» pus laboris patientissimum, acre studium acquiren» rendi quae expetant, non vulgaris audacia, alacritas » et ingenii promptitudo singularis.” In fine autem leguntur haec:

εὖ πόρους
ἐν τοῖς ἀπόροις βλέποντας, ἀθλιωτάτους.

Elegantissima et verissima emendatio *εὖ πόρους* pro *εὐπόρους* debetur Iacobsio, qui minus feliciter in ipso fine pro *ἀθλιωτάτους* excogitavit *ἀλκιμωτάτους*. Ete-

nim huius adiectivi vim iam in praecedentibus ex parte saltem expresserat Alexis vocabulis *στρατευτικωτάτους* et *πονεῖν — μάλιστα*; nec sane locum tenere potest post *εὖ πόρους βλέποντας*. Neque multum praestare videtur M. suspicio *ἀθλικωτάτους* reponi iubentis, quippe quo adiectivo nemo Graecorum usus sit. Requiritur ex mea quidem sententia ea notio, quae inest Latino vocabulo *astutus*, itaque aliquando scriptum fuisse crediderim:

εὖ πόρους,
ἐν τοῖς ἀπόροις βλέποντας, αἱ μ υ λ ω τ ά τ ο υ ς.

Quaestio non ita facilis ad diiudicandum mihi nata est de constituenda lectione in fragmento, quod ex Alexidis *Tyndareo* affert Athenaeus in ipso initio libri XII: Ἄνθρωπος εἶναί μοι Κυρηναῖος δοκεῖς κατὰ τὸν Ἀλέξιδος Τυνδάρεων, ἑταῖρε Τιμόκρατες,

κἀκεῖ γὰρ ἄν τις ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἕνα καλῇ,
πάρεισιν ὀκτωκαίδεκ' ἄλλοι, καὶ δέκα
ἅρματα συνωρίδες τε πεντεκαίδεκα·
τούτοις δὲ δεῖ σε τἀπιτήδει' ἐμβαλεῖν,
ὥστ' ἦν κράτιστον μηδὲ καλέσαι μηδένα.

M. verba: *ἄνθρωπος — δοκεῖς* senarium ipsius Alexidis itaque cum reliquis versibus coniungendum esse monuit Cur. crit. p. 33, allato testimonio Eustathii ad Hom. p. 1148, 32: Ἄλεξις ἐν τῷ ἄνθρωπος εἶναι μοι δοκεῖς Κυρηναῖος. Quam suspicionem tam certam esse iudicavit vir celeberrimus, ut in editione et maiori et minori textum ita, ut antea praeceperat, constituerit. In eo autem falli mihi videtur, quod prorsus eadem scripsisse putavit Alexidem atque legimus apud Athenaeum. Nempe ex ipsa Graecitate, si

me audias, luculenter probari potest, Athenaeum versum poetae comici, sed leniter immutatum, in suam rem convertisse. Etenim quis credat, Graecis aetate Alexidis dicere licuisse: *ἄνθρωπος Κυρηναῖός μοι δοκεῖς εἶναι* pro *Κυρηναῖος κτέ.*, omisso substantivo prorsus supervacaneo? Verum talia non curabat neque Athenaeus, neque Eustathius, qui non ipsum Alexidem inspexerat, sed Athenaei Epitomen, ut solet, describit. Bonum factum, quod satis de sententia reliquorum versuum constet, ut indagare possimus quid ipse Alexis in versu, de quo agimus, dederit. Sermo enim est de homine, qui vocatus ad coenam non solus, sed stipatus *ἀκλήτων* convivarum turba, *εἰς τοῦ ἑστιῶντος* se confert. Hic vero, conspecto homine, ad alium e convivis se convertens indignabundus exclamat:

ἄνθρωπος εἶναι μοι Κυρηναῖος δοκεῖ.

Ut autem apud Latinos vocabulum *homo*, sic apud Graecos substantivum *ἄνθρωπος* cum contemptu dici solere, vix quemquam ignorare arbitror.

Omnino igitur non dubitarem, quin ita scribendo ipsam Alexidis manum agnoverim, si satis constaret de quantitate vocalis *υ* in vocabulo *Κυρηναῖος*. Verum secus est; etenim apud Pindarum quidem nomen urbis perpetuo corripitur, nec minus apud Callimachum Epigr. XXI. 5; XXII. 2 et Dionysium in Brunckii Anal. II p. 255, quos tres locos recte laudat in ed. mai. Meinekius. In quarto vero, quem addit (Hermesianactem apud Athenaeum XII p. 559 b) de lectione non satis constat. Versus est 95, qui in editione Schweighauseriana sic editur:

ἄνδρα Κυρηναῖον δ' εἴσω πόθος ἔσπασεν Ἰσθμοῦ,

sed, teste Schweigh., particula δέ in codicibus deest, ita ut pari certe iure et fortasse melius scribere possis:

ἄνδρα δὲ Κυρηναῖον ἔσω πόθος ἔσπασεν Ἰσθμοῦ.

Sed ab altera parte stant duo loci Aristophanis, in quibus vocalis producitur; nempe Thesmoph. vs. 98:

ἄνδρ' οὐδὲν ἐνθάδ' ὄντα, Κυρήνην δ' ὁρῶ,

et Ran. vs. 1328: Κυρήνης μελοποιῶν.

Si quis credat distinguendum esse inter meretriculae nomen et nomen urbis, huic, ut spero, persuadebit locus ipsius Alexidis in Galat. I. 3:

ἐπέθετο· Κυρηναῖος ἦν ἐνταῦθά τις κτέ.

qui locus, quem iam attulit M., ab omni corruptelae suspicione est liber. Ex his igitur locis fere efficias comicos vocalem corripere non solere, sed dolendum est non saepius idem nomen apud comicos reperiri, nam, ut nunc res se habet, equidem saltem nihil pro certo affirmare ausim. Si autem revera comici υ in hac voce producere debent, coniicias apud Alexidem eum, qui convivium praebebat, ad ipsum istum impudentem hominem se convertisse et dixisse:

Ἄνθρωπε, Κυρηναῖος εἶναι μοι δοκεῖς;

Utra opinio sit potior, me acutioribus diiudicandum relinquo.

In Ὕπνου fragm. I apud Athen. X p. 449 d, vs. 8 sic corrigi debet:

τίς οὖν τοιαύτην παῖς ἔχων ἔστιν φύσιν;

ubi codices habent τοσαύτην et ἔσται, quorum hoc tamen fortasse habet excusationem.

Antiquam et sinceram lectionem e longo exilio revocare conabor in elegantissimo loco ex Alexidis *Phaedro*, quem affert Athenaeus XIII p. 562 a. Loquens inducitur, quod sagaciter perspexit Th. Bergkius, ipse ille Phaedrus Myrrhinusius, de cuius nomine dictus est nobilis Platonis dialogus. Ea, quae versibus, de quibus agere constituimus, praecedunt, Latino carmine sic vertit Grotius:

E Piraeo dum redeo, perplexus malis
in philosophandi decidi lubidinem,
visique mihi sunt ignorare Cupidinem,
qui sit, pictores omnes et si qui alteri
amoris audent ostentare imagines.

Deinde haec sequuntur:

ἔστιν γὰρ οὔτε θῆλυς οὔτ' ἄρρην, πάλιν
οὔτε θεὸς οὔτ' ἄνθρωπος, οὔτ' ἀβέλτερος
οὔτ' αὖθις ἔμφρων, ἀλλὰ συννενησμένος
πανταχόθεν, ἑνὶ τύπῳ τε πόλλ' εἴδη φέρων.

Ut nemo in Latino scriptore scriptum ferret »*amor* »*undique coacervatus est*," similiter non ferendum esse existimo loco nostro participium istud συννενησμένος s. συννενημένος, quorum hoc, quod ne Graecum quidem est, e Casauboni coniectura recepit Dindorfius, illud, altero certe melius, suo Marte M. substituit codicum lectioni ΣΥΝΝΕΝΗΓΜΕΝΟΣ. Mutatio sane lenissima, sed loquendi usus obstat. Equidem vix dubito verum esse ΣΥΜΜΕΜΙΓΜΕΝΟΣ, itaque Alexidem dedisse:

ἀλλὰ συμμεμιγμένος
πανταχόθεν, κτέ.

Sic v. c. Plato Tim. 76 d: συμμιχθὲν ἐκ τριῶν κτέ.

Alienum locum occupat particula ἄν in Alexidis Fab. Inc. fragm. XVIII apud Athen. II p. 63 e:

Πίννας, κάραβον,

βολβούς, κοχλίας, κήρυκας, ᾠ', ἀκροκώλια,

τοσαῦτα· τούτων ἂν τίς εὕροι φάρμακα

ἐρῶντι ἑταίρας ἕτερα χρησιμώτερα;

vs. 3 Graecitas postulat *τίς ἂν εὕροι* pro *ἂν τίς*, sed si ita scripseris, claudicabit metrum. An forte scribendum: *τούτων τίς ἂν ἀνεύροι φάρμακα*? Praeterea pro *τοσαῦτα* cum Meinekio *τοιαῦτα* scribere malim.

Interpolatum esse arbitror Dromonis fragmentum I ex *Ψαλτρίᾳ*, quod sic scribitur apud Athen. VI p. 240 d:

Ὑπερῃσχυνόμην

μέλλων ἀσύμβολος πάλιν δειπνεῖν· πάνυ

αἰσχρὸν γάρ. Β. ἀμέλει· τὸν Τιθύμαλλον γοῦν ἀεί

ἐρυθρότερον κόκκου περιπατοῦντ' ἔσθ' ὁρᾶν·

οὕτως ἐρυθριᾷ συμβολὰς οὐ κατατιθείς.

Ultimus versus, si quid iudico, reddendus est interpolatori iocum non ita obscurum explicanti.

In eiusdem fabulae fragm. II apud Athenaeum IX p. 409 e, legimus:

ἐπεὶ δὲ θᾶττον ἦμεν ἠριστηκότες,

ὁ παῖς περιεῖλε τὰς τραπέζας, κτἑ.

Haereo in verbo *περιεῖλε*, quum fere solemne in ea re sit *ἀφαιρεῖν* (vide v. c. Philyll. Athen. IX: 408 e). Fortasse igitur scribere praestiterit:

ὁ παῖς ἀφεῖλε τὰς τραπέζας, κτἑ.

Inter perpauca Diodori fragmenta unum est longissimum (42 versuum), quod allatum ab Athenaeo VI p. 239 b, continet laudes parasitorum, et lepide inter honestos parasitos et inter vile istud abiectumque

hominum genus, quod turpiter blandum omnia pati potius quam non coenare in alienis aedibus mallet, recte distinguendum esse lepide admonet. In hoc fragmento lectu dignissimo vix quidquam erit, quod legentem morabitur, si vs. 11 pro *συγκατακλιθεὶς* formam Atticam *συγκατακλινεὶς* (quam reddas quoque *Sophilo* apud Athen. XII p. 640 d), et vs. 35 pro *οἷς ἐπειδὴ προσερύγοι* necessaria mutatione *οἷς ἐπεί τις προσερύγοι* rescripseris.

Meinekio nove dictum, mihi omnino Graecum non esse videtur *ἐκκλίνειν*, quo sensu illo verbo usus esse creditur Dionysius in *Ὁμωνύμων* fragm. I apud Athenaeum VIII p. 381 c. Verba sunt coqui ad discipulum suum, quem, ut ciborum partem surripiat, admonet: vs. 9 sq.: *ἰχθὺς ἁδρὸς πάρεστι· ταὐτός ἐστι σά.*

κἂν τέμαχος ἐκκλίνῃς τι, καὶ τοῦτ' ἐστὶ σόν.

Mihi non displiceret, si legeretur:

κἂν τέμαχος ἐκκλέψῃς τι. κτἑ.

Num credibile est verbum *καταχρῆσθαι*, quod, ubi *utendi* notionem habet, constanter regit Dativum, ab uno Dionysio unico loco iunctum esse cum casu quarto? Non puto, itaque in *Ὁμωνύμων* fragm. II apud Athen. XIV p. 615 c legendum esse iudico vs. 2 sq.:

τῇ σχολῇ

εἰς τοῦτο τὸ μέρος τοῦ βίου καταχρώμενον. κτἑ.

ubi codices habent *τὴν σχολήν*.

Theognidem imitatus est Theophilus in fragm. I *Νεοπτολέμου* apud Athen. XIII p. 560 a, quod sic editur:

Οὐ συμφέρον νέα 'στὶ πρεσβύτῃ γυνή·
ὥσπερ γὰρ ἄκατος οὐδὲ μικρὸν πείθεται
ἐ ν ὶ πηδαλίῳ, κτἑ.

Non dubito fore, qui mecum offensi isto *ἐνὶ* vs. tertio, reponendum censeant *τῷ*, quam coniecturam confirmat Theognidis versus:

οὐ γὰρ πηδαλίῳ πείθεται ὡς ἄκατος.

CAPUT TERTIUM.

CONTINENS ADNOTATIONES CRITICAS AD FRAGMENTA NONNULLA EX COMOEDIA NOVA.

Relicta comoedia media quae dicitur, operam nostram, quantulacunque est, conferemus ad emendanda, aut, sicubi opus fuerit, interpretanda monumenta novae comoediae, quae ad nostram aetatem perduraverunt.

Observationum nostrarum initium faciamus in Philemonis Ἐξοικιζομένῳ apud Stob. LXII. 28:

κἂν δοῦλος ᾖ τις, οὐδὲν ἧττον, δέσποτα,
ἄνθρωπος οὗτός ἐστιν, ἂν ἄ ν θ ρ ω π ο ς ᾖ.

Ultimorum vocabulorum, si sana sunt, sensus esse debet: *si vere homo est.* Sed non infitior nimis fere contorte hoc et argute dictum esse, postquam proxime antecesserat: *ἄνθρωπος οὗτός ἐστιν.* Si igitur *ἂν ἀγαθός τις ᾖ* aut simile quid legeretur, mihi certe non displiceret. Sed in re nequaquam manifesta nihil novo.

Probabili, ut videtur coniectura expleri potest eiusdem Μοιχοῦ fragm. apud Athen. IV p. 175 d:

Ἔδει παρεῖναι, Παρμένων, αὐλητρίδ' ᾖ

νάβλαν τιν'. B. ὁ δὲ νάβλας τί ἐστι; * *
A. * * * * οὐκ οἶδας, ἐμβρόντητε σύ;
B. μὰ Δία. A. τί φῄς; οὐκ οἶσθα νάβλαν; κτἑ.

vs. tertius sic olim scriptus fuisse videtur:

[νάβλας ὅτι ἐστ'] οὐκ οἶσθας, ἐμβρόντητε σύ;

sive malis νάβλαν. κτἑ.

De forma οἶσθας vide Meinek. ad Menandri fragm. p. 122; idem eandem formam in fine huius fragmenti recte restituisse videtur pro οἶσθ'. In fine vs. 2 fortasse recte εἰπέ μοι suppletum est a Casaubono.

Optime, ex mea quidem sententia, Meinekius rem gessit in Πτερυγίου fragm. I emendando, quod legitur ap. Stobaeum XCI. 13. Scribendum proposuit:

Τὸ τῆς 'Αμαλθείας δοκεῖς εἶναι κέρας,
οἷον γράφουσιν οἱ γραφεῖς κέρας βοός;
ἀργύριόν ἐστι τοῦτο, τοῦτ' ἐὰν ἔχῃς,
λέγ' εἴ τι βούλει· πάντα σοι γενήσεται, κτἑ.

collato Menandri fragm. inc. fab. X. 6. In codicibus vs. 3 et 4 sic scribuntur: ἀργύριόν ἐστι· τοῦτ' ἐὰν ἔχῃς λέγε | πρὸς τοῦτ' εἴ βούλει, κτἑ. Minus tamen recte vs. 3 inserendum putavit τοῦτο. Praestiterit, ni fallor:

ἀργύριόν ἐστιν, [οἶμαι], κτἑ.

Inter duas personas describendum videtur, quod uni tribui solet, fragm. I Σαρδίου apud Stobaeum CVIII. 1. Servus moestum herum, ne lacrymis indulgeat, admonet, siquidem flendo nemo fati immutabilem cursum flectere queat. In fine orationis haec leguntur:

τί οὖν ποιεῖς πλέον; οὐδὲν· ἡ λύπη δ' ἔχει
ὥσπερ τὸ δένδρον τοῦτο καρπὸν τὸ δάκρυον.

Aut omnia me fallunt, aut verba: οὐδὲν· — — δάκρυον tribuenda sunt domino, cur lacrymetur, egregie se excusanti.

Vitium contraxisse arbitror fragm. LXXII (Compar. Men. et Phil. p. 316):

μὴ λέγ' ὅτι δώσεις· οὐ δίδωσι γὰρ λέγων.

Post γὰρ insere articulum et vs. sequente lege:

καὶ τὴν ὑπ' ἄλλων ἐμποδίζεται δόσιν,

ubi male vulgatur ἀπ'. Fr. CXVIII: Interpolatum est

'Αλλ' ἀπόλλυμαι
κατὰ μυὸς ὄλεθρον.

Magis enim Graeca, opinor, haec erunt, expuncta praepositione κατά.

Pronomen indefinitum articulo substituatur in Menandri fragmento 'Αλιέων VIII apud Stob. Flor. LVI. 3:

χαῖρ' ὦ φίλη γῆ, διὰ χρόνου πολλοῦ σ' ἰδὼν
ἀσπάζομαι· τουτὶ γὰρ οὐ πᾶσαν ποιῶ
τὴν γῆν, ὅταν δὲ τοὐμὸν ἐσίδω χωρίον.

vs. 3. lege τινα γῆν κτἑ.; nam quod vulgatur significat: *omnem orbem terrarum*; at voluit poeta: *omnes agellos*; γῆ enim hîc, ut vs. primo, synonymum est cum vocabulo χωρίον. Saepe hac in re utuntur deminutivo γήδιον.

Leni quoque mutatione indigere puto fragment. I Δεισιδαίμονος apud Clem. Alex. Strom. VII p. 303. 7.

Εἰ μέν τι κακὸν ἀληθὲς εἶχες, Φειδία,
ζητεῖν ἀληθὲς φάρμακον τούτου σ' ἔδει·
νῦν δ' οὐκ ἔχεις· τὸ φάρμακον εὕρηκας κενὸν
πρὸς τὸ κενόν· κτἑ.

Minus abrupta et ἀσύνδετα haec erunt, si vs. 3 scripseris: νῦν δ' οὐκ ἔχων (scil. κακὸν ἀληθὲς) τὸ

φάρμακον κτέ. Ad eandem fabulam fortasse non male retuleris Menandri Incert. Fab. fr. V (Stob. Flor. XCVIII. 8) et Comic. Anonym. fr. XL (Clem. Alex. Strom. VII p. 302).

In *Δυσκόλου* fragm. II (Stob. XIV. 15) vs. 3 sqq.:

φύλαττε μηδενὶ
ἄλλῳ μεταδιδοὺς αὐτὸς ὢν δὲ κύριος· κτέ.

necessarium est: *αὐτὸς ὢν γε κύριος* i. e. *quippe qui ipse sis eorum dominus.*

Numeris trochaïcis scriptum fuisse arbitror Menandri locum ex *Ἐπιτρέπουσιν* (fr. VII) apud Priscianum XVIII p. 1168: *ἀρτίως καὶ ἄρτι et praeteritum paullo et praesens significat apud illos. — Menander ἐν Ἐπιτρέπουσιν· εἴσειμι πρὸς ἐκείνην λέγεις, ἄρτι γὰρ νοῶ.* Quae in hunc modum redintegranda esse censeo:

πρόσειμι [δὲ] πρὸς ἐκείνην, [ἣν] λέγεις,
ἄρτι γὰρ νοῶ.

Graviter depravatum est *Ἡνιόχου* fragm. III apud Orion. Gnomol. VII. 6, quod recte a reliquis, quibuscum coniunctum editur, separandum iudicavit Meinekius. Est autem hoc:

Ἐλεεῖν δ᾽ ἐκεῖνος ἔμαθεν εὐτυχῶν μόνος.

in quibus vocabulis non obscurum est latere sententiam moralem, quam hanc fuisse non nimia, ut opinor, audacia suspicatus sum:

Ἐλεεῖν δ᾽ ἐλεινοὺς ἔμαθεν ἀτυχῶν μόνος,

i. e. *ille solus, qui ipse cum rebus adversis conflictatur, miseros miserari didicit.*

Satis mirari non possum neminem, quod sciam, interpretum ha sisse in *Κιθαριστοῦ* fragm. I apud Stobaeum Serm. XCVIII. 13, quod sic editur:

Ὤιμην ἐγὼ τοὺς πλουσίους, ὦ Φανία,
οἷς μὴ τὸ δανείζεσθαι πρόσεστιν, οὐ στένειν
τὰς νύκτας, οὐδὲ στρεφομένους ἄνω κάτω
οἴμοι λέγειν, ἡδὺν δὲ καὶ πρᾷόν τινα
ὕπνον καθεύδειν, ἀλλὰ τῶν πτωχῶν τινα.
νυνὶ δὲ καὶ τοὺς μακαρίους καλουμένους
ὑμᾶς ὁρῶ πονοῦντας ἡμῖν ἐμφερῆ. κτέ.

Nempe offensioni mihi sunt vocabula vs. 5: *ἀλλὰ τῶν πτωχῶν τινα*, quae, si sana essent, probum sensum praeberent, expleta e praecedentibus in hunc fere modum: *ἀλλ᾽ ᾤμην ὑμᾶς τοὺς πλουσίους ὕπνον καθεύδειν τῶν πτωχῶν τινα.* At ipsum contrarium voluisse poetam apparet ex iis, quae e regione opponuntur vs. 2 sqq.: *οὐ στένειν τὰς νύκτας, κτέ.* et vs. 6 sqq.: *νυνὶ δὲ καὶ κτέ.*

Coniicio igitur Menandro reddendum esse: *ἀλλὰ τὸν πτωχὸν μόνον* scilicet: *ᾤμην στένειν τὰς νύκτας καὶ στρεφόμενον ἄνω κάτω οἴμοι λέγειν.* Corruptelae originem si quaeris, scribae oculi ad finem versus praecedentis aberrasse videntur. Postea autem, quum legeretur *τὸν πτωχόν τινα*, corrector nescio quis, ut sensus scilicet inesset, inde effinxit: *τῶν πτωχῶν τινα.*

Vitio fortasse non caret ultima pars fragmenti I *Κυβερνητῶν* apud Stob. Flor. XXII. 19:

vs. 8 sqq.: *τί οὖν λέγω, μήτ᾽ αὐτὸς εἰ σφόδρ᾽ εὐπορεῖς*
πίστευε τούτῳ, μήτε τῶν πτωχῶν πάλιν
ἡμῶν καταφρόνει, τοῦ δέ γ᾽ εὐτυχεῖν ἀεὶ
πάρεχε σεαυτὸν τοῖς δρῶσιν ἄξιον.

Non possum, quin suspecta habeam in versu ultimo vocabula *τοῖς δρῶσιν*, quae, si quid iudico, languidis-

sima interponuntur. Ambabus certe manibus arriperem, si in codice legeretur *τοῖσιν ἔργοις*, quod, postquam vulgari describentium errore in *τοῖς ἔργοισιν* abiisset, facillime in *τοῖς ὀρῶσιν* mutari potuisse, fugiet neminem.

Mendi non immune est elegantissimum *ἐκ τῆς Λευκαδίας ἀποσπασμάτιον* apud Strab. X p. 452:

Οὗ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφὼ
τὸν ὑπέρκομπον θηρῶσα Φάων'
οἰστρῶντι πόθῳ ῥῖψαι πέτρας
ἀπὸ τηλεφανοῦς· ἀλλὰ κατ' εὐχὴν
σήν, δέσποτ' ἄναξ, εὐφημείσθω
τέμενος περὶ Λευκάδος ἀκτῆς.

vs. 3 *ῥῖψαι* pro *ῥῖψαι ἑαυτὴν* recte dicitur. Sic v. c. Theogn. vs. 175 sq.:

ἣν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς βαθυκητέα πόντον
ῥιπτεῖν καὶ πετρέων, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

adde Xen. Cyr. 9: 20, Eur. Alc. 897 et Hel. 1311; vs. 4 pro *ἀπὸ* malim *κατὰ* ut apud Theognidem l. l. Jltimorum verborum sensum perdidit accentus male positus. Nempe pro *περὶ*, quod frustra in *παρὰ* mutandum suspicatur M, requiritur *πέρι* quod referatur ad *τέμενος*; nam *εὐφημείσθω* h. l. haud dubie idem valet atque alibi *εὐφημία 'στω.*

In *Μέθης* fragm. I apud Athen. VIII p. 364 d. tum alia sunt nondum satis expedita, tum aliquanto certe emendatius scribi potest pars ultima, quae sic vulgatur:

vs. 11 *ἐγὼ μὲν οὖν ὤν γε θεὸς οὐκ εἴασα τὴν*
ὀσφὺν ἂν ἐπὶ τὸν βωμὸν ἐπιθεῖναί ποτε,
εἰ μὴ καθήγιζέν τις ἅμα τὴν ἔγχελυν,

ἵνα Καλλιμέδων ἀπέθανεν εἷς τῶν συγγενῶν.

vs. 11 pro *ὤν γε θεός*, quod libri Mss. habent ad unum omnes, Reisigius Coniect. I p. 134 coniecit *ὤν γ' ὁ θεὸς*, motus, ut videtur, observatione Porsoni in Suppl. ad Praef. Hec. p. XVII, particulam *τὲ* vel *γὲ* in senariis perraro secundum pedis trisyllabi locum obtinere. Recepit hanc emendationem, quam in ed. maiore Menandri in notis tantum memoravit, Meinekius in fragm. comicorum Graecorum IV p. 161; nescio tamen an ita locus sanatus sit, nam, ni fallor, minus necessarius est h. l. articulus, at contra requiritur particula *ἄν*. Equidem certe malim: *ἐγὼ μὲν οὖν ὢν ἂν θεὸς κτἑ.* Sic v. c. ipse Menander locutus est in fragm. XI fab. inc. vs. 1:

ὁ πάντα βουληθεὶς ἂν ἄνθρωπος πονεῖν
πάντ' ἂν γένοιτο.

Deinde vs. 14 scribere malim:

εἰ μὴ καθήγιζέν τις ἅμα τιν' ἔγχελυν.

nam recte quidem dicitur *τὴν ὀσφύν*, siquidem illud usitatum erat sacrificium; non ita *τὴν ἔγχελυν*, quippe quod animal nemo unquam diis sacrificasset [1]).

Versum ultimum sic interpretor: *ut Callimedon, unus ex eius cognatis, prae dolore mortuus esset;* adiutus Dobraei adnotatione: »Callimedon anguillae cog»natus dicitur, *ὅτι φιλίχθυς ἦν.* Sic *Φράτερες τριωβό»λου.*" Fuit, quum Menandrum scripsisse putarem:

---

[1]) Fieri tamen potest, ut articulus ioci causa sit additus. Cf. Eccl. vs. 128:

ὁ περιστίαρχος, περιφέρειν χρὴ τὴν γαλῆν.

ἵνα Καλλιμέδοντος ἀπέθαν' εἷς τῶν συγγενῶν.

ut ita unus de cognatis Callimedontis moreretur. Sed vulgata lectio ferri posse videtur.

Recte M. obscurum et impeditum vocat fragmentum II Μέθης apud Athen. VI p. 243:

ἐμὲ γὰρ διέτριψεν ὁ
κομψότατος ἀνδρῶν Χαιρεφῶν, ἱερὸν γάμον
φάσκων ποιήσειν δευτέραν μετ' εἰκάδα
καθ' αὑτὸν, ἵνα τῇ τετράδι δειπνῇ παρ' ἑτέροις·
τὸ τῆς θεοῦ γὰρ πανταχῶς ἔχειν καλῶς.

vs. primo pro διέτριψεν scribendum videtur ἐπέτριψεν i. e. *me enim perdidit cet.* Ceterum adsentior Meinekio hunc locum interpretatione potius quam emendatione indigere iudicanti. In universum hunc fere sensum subesse puto. Chaerephon, homo alienarum coenarum appetens, ut ab aliis in convivia invitaretur, dolo uti solebat. Si enim instabat ἡ τετράς, quo die ditiores Athenienses conviviis sese excipere solebant, amicis suis, ut ab iis invitaretur, pollicebatur se suis sumptibus post diem vicesimum mensis sequentis, (haec enim εἰκὰς est δευτέρα post illam τετράδα), celebraturum esse ἱερὸν γάμον i. e. sacras nuptias Iovis et Iunonis, nunquam, credo, facturus quod promiserat. Is autem, qui hic loquens inducitur, indigne ferens se ita a Chaerephonte deceptum esse, exclamat: *me enim perdidit* cet.

Probabili coniectura vocabulum adiici potest, quod et sensum et numeros expleat in Πωλουμένων fragmento II, ap. Clement. Alex. Strom. VI p. 264:

οὐ πανταχοῦ τὸ φρόνιμον ἁρμόττει παρόν;
καὶ συμμανῆναι δ' ἔνια δεῖ.

Clemens l. l. narrat Menandrum his versibus imitari (παρισάζεται) Calliae versum:

μετὰ μαινομένων φασὶν χρῆναι μαίνεσθαι πάντας (ὁμοίως.

unde fortasse non inepte Menandri versum sic expleveris:

καὶ συμμανῆναι δ' ἔνια δεῖ [μεμηνόσιν].

Non temere, ut opinor, M. suspicatur in loco Plutarchi de am. et adul. p. 39 e: ἐν κωμῳδίᾳ Μενάνδρου Ψευδηρακλῆς πρόσεισι, ῥόπαλον κομίζων οὐ στιβαρὸν οὐδ' ἰσχυρόν, ἀλλὰ χαῦνόν τι πλάσμα καὶ διάκενον, latere ipsa verba Menandri; quae vide an forte sic ad numeros iambicos revocari possint:

ῥόπαλον κομίζων οὐ στιβαρὸν οὐδ' — ⏑ —
χαυνὸν δέ τι πλάσμα καὶ διάκενον — ⏑ —

ἰσχυρὸν alius adiectivi, quo Menander usus fuerat, interpretamentum esse videtur.

In fragm. III Fabul. Incert. (Stob. Flor. LXXII. 2) Menander utiliter admonens, in ducenda uxore magis mores eius spectandos esse, quam quis fuerit avus maternus atque paternus, versus finem ita scribit:

vs. 13 sqq.: περιάξω τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα
τὴν πόλιν ὅλην· οἱ βουλόμενοι ταύτην λαβεῖν
λαλεῖτε, προσκοπεῖσθε πηλίκον κακὸν
λήψεσθ'. ἀνάγκη γὰρ γυναῖκ' εἶναι κακόν,
ἀλλ' εὐτυχής ἐσθ' ὁ μετριώτατον λαβών.

vs. 13 quid istud λαλεῖτε sibi velit non perspicio; nam vix credo Graece sic dici posse, quod Latina versione expressit Grotius: *si quis hanc propriam cupit, dicat, sed monitus quantum in se accersat malum;* quae interpretatio si vera esset, requireretur saltem

προσκοπεῖσθε δὲ πηλίκον κτέ. Sed multo magis mihi placerent haec sic scripta:

οἱ βουλόμενοι ταύτην λαβεῖν
ἀθρεῖτε, προσκοπεῖσθε κτέ.

i. e. *cernite, prospicite, quantum malum accipiatis.*

Veram nobilitatem morum esse non generis probare studet poeta in fragmento proximo apud Stob. Flor. LXXXVI. 6, in cuius versu primo:

ἀπολεῖ με τὸ γένος. μὴ λέγ' εἰ φιλεῖς ἐμέ,
μῆτερ, ἐφ' ἑκάστῳ τὸ γένος, κτέ.

quia nulla est in pronomine emphasis, rescribendum est e vulgari loquendi consuetudine: *εἰ φιλεῖς τί με;* ut Trygaei filiola in Arist. Pac. vs. 118: *ἔστι τι τῶνδ' ἐτύμως; εἴπ' ὦ πάτερ, εἴ τι φιλεῖς με.*

Menander, ubi docet sua quaeque pravitate putrefieri et interire, exemplis hanc doctrinam illustrare aggreditur in fragm. XII vs. 3 sqq.:

καὶ πάντα τὰ λυμαινόμεν' ἔστιν ἔνδοθεν,
οἷον ὁ μὲν ἰός, ἂν σκοπῇς, τὸ σιδήριον,
τὸ δ' ἱμάτιον οἱ σῆτες, ὁ δὲ θρὶψ τὸ ξύλον, κτέ.

Vitium quidem metricum vs. 3 recte sustulisse videtur Dobraeus Adv. II p. 282 scribens: *καὶ πᾶν τὸ λυμαινόμενον*, sed alterum, ni fallor, restat grammaticum. Nempe vix dixeris, unde pendeant Accusativi *τὸ σιδήριον, τὸ ἱμάτιον, τὸ ξύλον*; nam durius videtur neque sensui satis accommodatum vs. 4 et 5 supplere *λυμαίνεται.* Quae difficultas remota erit, si vs. 3 poetae reddideris:

καὶ πᾶν τὸ λυμαινόμενον ἐσθίει ἔνδοθεν.

Non audiendus est M., qui fragm. XX vs. 1:

ὅταν τις ἡμῶν ἀμέριμνον ἔχῃ τὸν βίον,

nimis violenter, ut tollat vitium metricum, ita transponat:

ἀμέριμνον ὅταν ἔχῃ τις ἡμῶν τὸν βίον.

Multo enim leniorem emendandi rationem quasi digito nobis monstrat Stobaei appendix Flor. p. 398, in qua *τόν*, quod minime necessarium est, omittitur. Legendum igitur:

ὅταν τις ἡμῶν [μὲν] ἀμέριμνον ἔχῃ βίον.

Particulae *μέν*, quam absorpsisse videtur secunda syllaba vocabuli praecedentis, respondet *δὲ* vs. 3: *ὅταν δὲ λύπαις κτέ.*

Nemodum salutem attulit Inc. Fab. fragm. XVII. ap. Athen. vol. I. p. 276:

Ἔργον ἐστὶν εἰς τρίκλινον συγγενείας εἰσπεσεῖν,
οὗ λαβὼν τὴν κύλικα πρῶτος ἄρχεται λόγου πατήρ,
καὶ παραινέσεις πέπαικεν, εἶτα μήτηρ δευτέρα,
εἶτα τήθη παραλαλεῖ τις, κτέ.

vs. 3 corruptum esse vidit Meinekius. An forte in ΠΑΡΑΙΝЄCЄΙCΠЄΠΑΙΚЄΝ latet ΠΑΡΑΙΝЄΙΤΟΙCΙΠΑΙCΙΝ? i. e. *καὶ παραινεῖ τοῖσι παισὶν, εἶτα κτέ.* i. e. *et admonet filios suos.*

Fr. XXIII (Compar. Men. et Phil. p. 362):

λέγουσι δ' αὐτὸν (scil. *τὸν λόγον*) *οἱ πάλαι σοφώτατοι*
ἀστεῖον εἶναι φάρμακον.

Imo vero *σοφώτατα.*

Fr. XXVIII: *ἂν μὲν πλέωμεν ἡμερῶν που τεττάρων.* Quod pro *που* reponendum suspicabar *πλοῦν*, nunc egregie confirmatum video a Cobeto viro clar. in Var. Lect. Mnemos. IV: 3 p. 275. Vitium arguit non solum *που* pervulgato errore pro *ποι* positum, sed etiam Genitivus *ἡμερῶν τριῶν*, ubi Accusativus requireretur.

Gravi corruptela misere affectum est fr. XXX apud Schol. Vict. ad Iliad. p. 389:

καὶ τοῦτο θύων οὐδεπώποτ᾽ εὐξάμην
ἐγὼ τὸ σῶζον τὴν ἐμὴν οἰκίαν,
ἀλλὰ παρέλιπον οἰκετῶν εἶναι στάσιν.
ἔνδον παρ᾽ αὐτῷ, πρᾶγμα χρησιμώτατον.

Fiorillonis coniectura vs. 2 *συνοικίαν* corrigentis quamvis lenis non videtur admittenda; nam et, licet in *συνοικίᾳ* quis habitet, in precibus tam definito vocabulo uti minus convenit, et requiritur fere *τῶν θεῶν* mentio. Praeterea *σῶζον* mendosum est. Mihi potius, expuncto pronomine *ἐμήν*, totus locus in hunc fere modum constituendus esse videtur:

καὶ τοῦτο θύων οὐδεπώποτ᾽ εὐξάμην
ἐγὼ, τὸ σώζειν [τοὺς θεοὺς] τὴν οἰκίαν,
ἀλλὰ παρέχειν τῶν οἰκετῶν εἶναι στάσιν
ἔνδον παρ᾽ αὐτῷ, πρᾶγμα χρησιμώτατον.

vs. 3 pro ΠΑΡЄΛΙΠΟΝ scripsi ΠΑΡЄΧЄ̅ΙΤΩΝ; vs. 4 *παρ᾽ αὐτῷ* pro *παρ᾽ ἐμαυτῷ* apud Menandrum non est sollicitandum.

Non facio cum Meinekio, corruptum esse putante vocabulum *ἀλλοτρίοις* in fragm. XXXI (Stob. Flor. X. 3):

πλεονεξία μέγιστον ἀνθρώποις κακόν·
οἱ γὰρ θέλοντες προσλαβεῖν τὰ τῶν πέλας
ἀποτυγχάνουσι πολλάκις νικώμενοι,
τὰ δ᾽ ἴδια προστιθέασι τοῖς ἀλλοτρίοις.

Imo versus ultimus sanissimus est, dummodo recte intelligatur. »Ii", ait poeta, »qui fortunas alienas appetunt, »saepe improba spe deiecti ipsi sua bona amittunt, »quae haud raro transeunt in dominium eorum, quos »diripere secum constituerant; *itaque rem alienam au-*

»*gent sua*, i. e. *τὰ δ᾽ ἴδια προστιθέασι τοῖς ἀλλοτρίοις.*"

Male Stephanus codicum lectionem *ἐπ᾽ αὐτοῦ* mutavit in *ἐφ᾽ αὐτοῦ* in fragm. LXXXV (Stob. Flor. XXIII. 3):

οὐδεὶς ἐφ᾽ αὐτοῦ τὰ κακὰ συνορᾷ Πάμφιλε
σαφῶς, ἑτέρου δ᾽ ἀσχημονοῦντος ὄψεται.

Corrigendum *ἑαυτοῦ*.

Lenius, quam fecit Meinekius, emendari potest fr. CIX:

οὐκ ἔστι μείζων ἡδονὴ ταύτης πατρί,
ἢ σωφρονοῦντα καὶ φρονοῦντ᾽ ἰδεῖν τινα
τῶν ἐξ ἑαυτοῦ.

Pro *καὶ φρονοῦντ᾽*, quod aperte mendosum est, M. suspicatur *κεὐτυχοῦντ᾽*; ad sententiam recte, sed propius ad literarum ductus accedere videtur, quod valet prorsus idem, *κεὐποροῦντα.*

Verissima est eiusdem emendatio in fr. CXXXIII (Clem. Al. Paed. III. 2 p. 93), pro *νῦν δ᾽ ἕρπ᾽ ἀπ᾽ οἴκων*, legentis: *νῦν δ᾽ ἔρρ᾽ ἀπ᾽ οἴκων*; sed nondum persanasse eum arbitror, quam ad h. l. laudat Hesychii glossam. *Ἔρριον: εἰς φθοράν· Εὐριπίδης*, ubi non scribendum, ut ille coniecit: *Ἔρρ᾽ ἰών: εἰς φθοράν κτἑ*, nam neque Euripides neque alius quisquam sic locutus est, sed, ni fallor, verum est: *Ἔρρε: ἴθ᾽ εἰς φθοράν*; nam in ΙΟ̅ (= *ιον*) latere puto ΙΘ i. e. *ἴθ᾽*. Et ita saepius Euripides, apud quem male editur in Med. vs. 334:

ἕρπ᾽, ὦ ματαία, καί μ᾽ ἀπάλλαξον πόνων,

quamvis iam Valckenaerius, si recte memini, *ἔρρ᾽, ὦ κτἑ.* reponendum esse verissime monuerit. Sed redeamus ad Menandrum, qui fr. CXXXVII (Suidas I p. 611) scripsisse creditur:

ἐγὼ δ' ἀ ν ό η τ ο ς εὐτελὴς ὑπερβολῇ,
ὁ δ' ἄσωτός ἐστι, πολυτελής, θρασὺς σφόδρα.

Male *ἀνόητος* iungitur cum *εὐτελής*, et opponuntur *ἄσωτος*, *πολυτελὴς* ; et *θρασύς*. Vide igitur, an in ΔΑΝΟΗΤΟϹ corruptum sit ΜЄΝΟΥΤΙϹ i. e. *μὲν οὖν τις?*

Probabilius quam supplevit Meinekius, inserto pronomine] *τούτων*, expleri posse credo lacunam in fragm. CXLI, apud Schol. Hom. Ms. apud Koenium ad Greg. Cor. p. 48 ed. Schaef.:

εἰ μὲν δή τινα
πόρον ἔχεις, εἰ δὲ μή, νενόηκ' ἐγώ,
μισῶμεν ἀλλήλους.

Si quidem necessario excidit *σὺ* quod oppositum fuit pronomini *ἐγώ*, legerim:

εἰ μὲν [οὖν]
σ ύ τ ι ν α πόρον ἔχεις· εἰ δὲ μή, νενόηκ' ἐγώ,
μισῶμεν ἀλλήλους.

Quae ellipsis *τοῦ bene est*, notior est, quam quae hic illustretur.

Legimus in fr. CLII vs. 1. (Compar. Men. et Phil. p. 361):

Μὴ πάσχε π ρ ῶ τ ο ν τὸν νόμον καὶ μάνθανε.

Corrigendum: *μὴ πάσχε π ρ ό τ ε ρ ο ν τὸν νόμον ἢ μάνθανε.*

Fortasse ad Menandri Πλόκιον referendum est fragm. CCXXIV (Herod. ed. Piers. p. 454):

Κρωβύλῃ τῇ μητρὶ πείθου καὶ γάμει τὴν συγγενῆ.

ut haec eadem sit ista Crobyla, de cuius impotentia flebiliter queritur miser maritus in fragm. I illius fabulae.

Vereor fere, ne acta agam corrigens *ψευδές* pro vulgato *ψεῦδος* in fragm. CCLXX (Stob. Flor. XII. 5):

Κρεῖττον δ' ἑλέσθαι ψεῦδος ἢ ἀληθὲς κακόν.

Fragm. CDXCVII. (Eunap. fragm. p. 99 ed. Bekk.) *πρὸς τὸ βαρύτατον, ὡς ἔφη Μένανδρος τὴν πενίαν θηρίον [διαπαλαίειν]*. Menandro non indignus foret hic senarius:

ἔστιν γὰρ ἡ πενία βαρύτατον θηρίον.

vel πενίας βαρύτερον οὐδέν ἐστι θηρίον.

cf. Gnom. monost. 451:

πενίας βαρύτερον οὐδέν ἐστι φορτίον.

Tetrameter trochaicus latere videtur in unico fragmento, quod ex Diphili *Boeotio* aetatem tulit diligentia Athenaei, qui X p. 417 e., ubi de Boeotiorum voracitate agit, hoc Diphili affert testimonium

οἷος ἐσθίειν πρὸ ἡμέρας
ἀρξάμενος ἢ πάλιν πρὸς ἡμέραν.

in quibus iure offendit Meinekium particula *ἤ*. Equidem vix possum quin corrupta et interpolata haec esse credam, et in hunc fere modum scripta e poetae manu exiisse:

οἷος ἐσθίειν προῆμαρ καὶ πάλιν πρὸς ἡμέραν.

i. e. *per totum diem et rursus usque ad diem* (= *per totam noctem*). Obversabatur fortasse Diphilo haec scribenti notissimum Graecis carmen Simonidis *περὶ γυναικῶν*, qui vs. 46 haec habet:

τόφρα δ' ἐσθίει μὲν ἐν μυχῷ
προνύξ, προῆμαρ, ἐσθίει δ' ἐπ' ἐσχάρῃ,

in quo carmine vs. 42: *φ υ ὴ ν δὲ πάντοτ' ἀλλοίην ἔχει* obiter corrigendum *φύσιν*, quo et loci sensus et cod. lect. *φυγὴν* ducere videtur.

Librarii quo erant ingenio non capientes vocabulum

προῆμαρ, quod elegantioris usus est, apud Diphilum perperam interpretati sunt vocabula πρὸ ἡμέρας ἀρξάμενος, quod interpretamentum ut saepissime factum est, mox verae lectionis locum occupavit. Particulae autem ἢ et καὶ quam saepe in codicibus permutentur nihil attinet dicere.

Non est unius assis verbum ὑπομύζειν, quod obvium est in Ζωγράφου fragmento II apud Athen. VII p. 291 f:

vs. 23: ὑπὸ τοῦτον ὑπέμυξ' εὐθὺς ἐκβεβηκότα,
τὴν δεξιὰν ἐνέβαλον, ἐμνήσθην Διὸς
σωτῆρος, ἐμπέπηγα τῷ διακονεῖν.

Verba sunt τραπεζοποιοῦ, prudentiam qua artem suam exerceat laudantis. Negat autem in superioribus vs. 4, se unquam operam suam locare antequam exacte noverit, quisnam sit ille qui sacra faciat, et quosnam convivas vocaverit ad coenam. Spernere se et nolle officium praestare, nauclero qui post naufragium lege coactus rem divinam faciat. Contra si quis re bene gesta dives et fortuna elatus secunda Byzantio in urbem redierit:

λαλῶν τὰ ναῦλα καὶ δάνει' ἐρυγγάνων,
ἀφροδίσι' ὑπὸ κόλλοψι μαστροποῖς ποιῶν
ὑπὸ τοῦτον.

non ὑπέμυξ', opinor neque, quod eiusdem farinae est ὑπέμιξ' (nam ita coniecit Schweigh., iure improbante Meinekio), sed ὑπέκυψ', quod verbum usurpari solet de iis qui capite inclinato atque submisso aliquid supplicantur; itaque egregie cadit in h. l., nam ut supplex homo τὴν δεξιὰν ἐμβάλλει. Ne autem haec sine idoneo teste dixisse videamur, conferas mihi Aristophanis Vesp. vs. 552 sqq.:

ὃν πρῶτα μὲν ἕρποντ' ἐξ εὐνῆς τηροῦσ' ἐπὶ τοῖσι δρυ-
(φάκτοις
ἄνδρες μεγάλοι καὶ τετραπήχεις· κἄπειτ' εὐθὺς προσ-
(ιόντι.
ἐμβάλλει μοι τὴν χεῖρ' ἁπαλὴν, τῶν δημοσίων
(κεκλοφυῖαν.
ἱκετεύουσιν θ' ὑποκύπτοντες, τὴν φωνὴν οἰκτροχοοῦντες.

Unam literam addiderim in fine fragm. IV Συνώριδος apud Harpocr. p. 182. 2:

Ἕλκ' εἰς μέσον τὸν φιμὸν ὡς ἂν ἐμβάλῃ.

Ne nimis imperiosus sit, quicunque haec verba dixerit, fortasse praestat pro ἐμβάλῃ scribere ἐμβάλῃς, i. e. *pyrgum aleatorium trahas in medium, ut talos iniicias.* Confirmatur autem haec emendatio eo, quod duas tantum personas, Synoridem meretriculam et parasitum in scena alea ludere apparet ex fragmento I.

Inter Diphili fragmenta Fab. Incert. levi mutatione fortasse indiget, fragm. XLIII (apud Grammat. Bekk. Anecd. p. 372): Δίφιλος δ' ἐκ παραλλήλου τέθεικε τὰς λέξεις:

Μόνος γὰς ἦν λέγων
ἄκουσμα κἀκρόαμα.

Num forte Diphilus scripsit τἀκρόαμα [1]), ut irrise-

---

[1]) Ne Menandrum quidem ab hoc usu abstinuisse apparet ex eius Citharistae fragm. VI (Athen. VI p. 247).

Φιλόμουσον εἶν' αὐτὸν πάνυ
ἀκούσματ' εἰς τρυφήν τε παιδεύεσθ' ἀεί.

Idem vitium commisit in Fab. Inc. fr. CXV, et ne a librariis potius quam ab ipso poeta erratum esse putes, disertum obstat Pollucis (II. 82) testimonium: φαῦλος δ' ὁ Μενάνδρου ἀκουστὴς ἀντὶ τοῦ ἀκροατής.

rit aequales subinde confundentes haec duo vocabula, quae veteres certo discrimine distinguerent? Idem saltem lepido ioco perstrinxit confusionem verborum *ἀνακεῖσθαι* et *κατακεῖσθαι*, ut auctor est Athenaeus I p. 23 c: *ἀνακεῖσθαι δὲ φαμὲν ἐπὶ ἀνδριάντος, ὅθεν, τοὺς ἐπὶ κατακειμένων χρωμένους διέσυρον. Δίφιλος Ἐγὼ δ' ἕως μέν τινος ἀνεκείμην, πρὸς ὃν δυσχεραίνων ὁ ἀκούων ἔφη· Ἀνάκεισο, ὡς εἴπερ εἶπεν, ἔσο* (f. *ἕσταθι*) *ἄψυχος ἀνδριάς.* Posteriora *πρὸς ὃν — ἀνδριάς* pleniora adscripsi ex Eustath. ad Od. p. 1404. 7.

In Archedici fragmentis, quae perpauca supersunt, ad hunc diem usque latebant duo menda antiquissima, quae feliciter sustulisse mihi videor; quas emendationes viros doctos suis calculis comprobaturos esse, etiam atque etiam spero.

Nempe legimus in *Θησαύρου* fragmento primo apud Athen. VII p. 292 e:

Πρῶτον ὠμῶν κειμένων
τῶν ἰχθύων πάρεισιν οἱ κεκλημένοι
»δίδου κατὰ χειρός" »τοὖψον οἰχήσει λαβών."

In *οἰχήσει λαβών*, quod sic positum ne Graecum quidem est, procul dubio latet *οὐκ οἴσεις λαβών*; Ar. Ran. vs. 524:

οὐ μὴ φλυαρήσεις ἔχων, ὦ Ξανθία.
ἀλλ' ἀράμενος οἴσεις πάλιν τὰ στρώματα.

vs. 4. *τὰς λοπάδας ἐπιθεὶς ἐπὶ τὸ πῦρ τοὺς ἄνθρακας*
ἔρραν' ἐλαίῳ πάντα καὶ ποιῶ φλόγα.

Optime huius loci difficultatem perspexit M. quae sublata erit, si mecum conieceris:

τὰς λοπάδας ἐπιθεὶς ἐπὶ τὸ πῦρ, τοὺς τ' ἄνθρακας,
ῥάνας ἐλαίῳ πανταχῇ, ποιῶ φλόγα.

Quorum verborum sensus est manifestus. Ex hoc loco aliis fortasse corrigere contingat.

In eiusdem comoediae fragm. II vs. 8, male, auctore Valckenaerio, M. scripsit *δεδιηκόνηκεν*, qua forma perfecti soli Iones, qui verbum habent *διηκονέειν*, utuntur. Haud dubie vera est lectio quam habet Codex P. *δὲ διακόνηκεν*, si vocabula temere divulsa in unum coniunxeris.

Apollodoro Carystio reddatur, quod probabiliter scripsit in Fab. Inc. fragm. I apud Stobaeum Flor. XLVI. 15:

Δεῖ τὸν ἀκροατὴν καὶ συνετὸν ὄντως κριτὴν
πρὸ τοῦ λεγομένου τὸν βίον διασκοπεῖν
ποῖός τις ὁ λέγων καὶ πόθεν, καὶ τὴν ἀκμὴν
ἐκ παιδὸς αὐτοῦ πρὸς τί καταθέμενος κτἑ.

Sensus versus secundi, quem se non intelligere M. candide fatetur, quamvis negligentius expressus hic esse videtur: *explorare debet auditor vitam oratoris priusquam in verba eius inquirat.* Quid autem vs. 4 sibi velit pronomen *αὐτοῦ*, nemo facile dixerit. Sine controversia reponenda est dicendi formula, omnium scriptorum usu tritissima *ἐκ παιδὸς εὐθύς*, i. e. statim a pueris. Scribae oculi ad sequentis versus initium *αὐτοῦ προδότης*, aberrasse videntur. Reliqua in hoc loco optime administravit Meinekius.

In Anaxippi fragmento ex *Ἐκκαλυπτομένῳ*, quod longissimum ab interitu servavit Athenaeus IX p 403 e, multa reperiuntur, quae lectorem offendant; duo vitia sustulisse mihi videor. Nempe vs. 9 pro *ἐχρᾶτο* quod barbarum est, requiro *ἐχρῆτο*; verum aliquanto

maioris momenti est, quod rescriptum velim vs. 48, qui sic vulgatur:

ἰδὼν τὸ πρόσωπον γνώσομ' οὗ ζητεῖ φαγεῖν
ἕκαστος ὑμῶν.

Quum enim verbum ζητεῖν adhiberi non possit de eo, qui nullam sibi det operam, ut iis, quae cupiat, potiatur, habeo persuasissimum manum poetae me agnovisse scribentem:

ἰδὼν τὸ πρόσωπον γνώσομ' οὗ χρήζει φαγεῖν κτέ.

Duobus mendis inquinatum est Κεραυνοῦ fragm. II quod exstat apud Athenaeum XIII p. 610, quorum alterum certa, alterum probabili certe coniectura tollere conabimur:

Οἴμοι φιλοσοφεῖς, ἀλλὰ τούς γε φιλοσόφους
ἐν τοῖς λόγοις φρονοῦντας εὑρίσκω μόνον,
ἐν τοῖσι δ' ἔργοις ὄντας ἀνοήτους ὁρῶ.

vs. 2 ipsa sententia flagitat μόνοις, et vs. 3 pro ὁρῶ, multo certe elegantius scriberetur σφόδρα.

Iam videamus an prodesse possimus Κιθαρῳδοῦ fragmento I, quod affert Athenaeus IV p. 196 b:

Ζωμήρυσιν φέρ', οἶσ' ὀβελίσκους δώδεκα,
κρεάγραν, θυείαν, τυροκνῆστιν παιδικήν,
στελεόν; σκαφίδας τρεῖς, δορίδα, κοπίδας τέτταρας.
οὐ μὴ πρότερον οἴσεις, θεοῖσιν ἐχθρὲ σύ,
τὸ λεβήτιον·

Pro παιδικήν, quod manifesto vitiosum est M. coniecit παῖ λύκον, quae suspicio propterea improbanda videtur, quod λύκος teste Polluce VI. 88, prorsus idem valet atque κρεάγρα, quod instrumentum iam in huius versus initio memoravit poeta. Inter omnia autem σκεύη μαγειρικά, quae plurima Pollux enume-

rat et l. l. et X. 95, 97, nullum est quod huic loco conveniat. Quare videas an forte rescribendum sit παῖ δίδου; vs. 4 vocabula οὐ μὴ οἴσεις nihil aliud significare possunt, quam *ne feras*, quod quam parum poetae menti conveniat nihil attinet dicere. Imo requiritur ipsum contrarium: οὐ δὴ πρότερον οἴσεις κτέ., nam sic demum vs. sequente intelligentur verba: πάλιν ὑστερεῖς.

Prorsus nihili est, quod ad versum explendum inseri vult M. in fragmento, quod e Φιλαθηναίῳ affert Photius Lex. p. 547. 7:

τοῖς συκαμίνοις δ' ἀντὶ τοῦ φύκους ὅλον
τὸ πρόσωπον.

In utraque enim editione M. rescribendum proposuit:

τὸ πρόσωπόν ἐστι καταπεπλησμένον.

Equidem multo malim:

τὸ πρόσωπόν ἐστι καταπεπλασμένη,

ut v. c. in Aristophani Ecclesiazusis vs. 878:

ἐγὼ δὲ καταπεπλασμένη ψιμυθίῳ
ἕστηκα καὶ κροκωτὸν ἠμφιεσμένη.

Nisi forte, hoc ipsum voluit vir eximius.

Inter duas personas describenda videntur, quae hodie uni continuata leguntur apud Stobaeum Flor. LXIX. 8. Inter Philippidis Inc. Fab. fragmenta est ordine sextum:

Αἰσχρὰν γυναῖκ' ἔγημας ἀλλὰ πλουσίαν,
κάθευδ' ἀηδῶς ἡδέως μασώμενος.

Legerim:

A. Αἰσχρὰν γυναῖκ' ἔγημας. B. ἀλλὰ πλουσίαν.
A. Κάθευδ' ἀηδῶς ἡδέως μασώμενος.

Sunt, quae novanda videantur in fragmento, quod unicum sed longissimum (versus enim sunt 57) e Sosipatris Καταψευδομένῳ hominum oblivioni eripuit Athenaeus IX p. 377 f. Hoc autem loco non sine lepore docemur a coquo, quot et quibus disciplinis a pueris inde instructus esse debeat is, qui *coqui* nomine vere dignus futurus sit. Ne astronomiam quidem ei licet negligere.

vs. 25 sqq. δεῖ τὸν μάγειρον εἰδέναι πρώτιστα μὲν
περὶ τῶν μετεώρων, τάς τε τῶν ἄστρων δύ-
(σεις
καὶ τὰς ἐπιτολὰς, καὶ τὸν ἥλιον πότε,
ἐπὶ τὴν μακράν τε καὶ βραχεῖαν ἡμέραν
ἐπάνεισι.

Coniunctiones τε καὶ vs. 28 omisso articulo ante vocabula βραχεῖαν ἡμέραν tantum recte haberent, si adiectiva μακρὸς et βραχὺς ad eundem diem pertinere possent, ut v. c. apud Athenienses ultimus dies cuiusque mensis dicitur ἡ ἕνη τε καὶ νέα. Nunc vero quum duo dies memorentur toto coelo diversi, confidenter repono: ἐπὶ τὴν μακρὰν καὶ τὴν βραχεῖαν ἡμέραν.

Eadem de causa apud Arist. Nub. vs. 1189:

ἐκεῖνος οὖν τὴν κλῆσιν εἰς δύ' ἡμέρας
ἔθηκεν, εἴς γε τὴν ἕνην τε καὶ νεάν κτέ.

requiritur εἴς τε τὴν ἕνην καὶ τὴν νέαν κτέ.

Ibidem vs. 34 sine controversia recipienda est e codice C. lectio προσήκει pro προσῆκε quod h. l. nihili est.

Inter vs. 44 τί οὖν; ἔτι σοι δίειμι τὰ στρατηγικά et vs. 45 ἔγωγε τὸν μάγειρον, κτέ. versum intercidisse

primus perspexit Dindorfius. In hunc fere modum scriptus fuisse videtur:

εἶναι δέ φημι δεῖν στρατηγικώτατον
ἔγωγε τὸν μάγειρον.

quamvis in talibus omnia incerta sunt, nam possis etiam coniicere:

πάντων γὰρ οὖν κρίνω στρατηγικώτατον κτέ.

Male intellectus esse videtur a Meinekio vs. 8:

καὶ τὰς δ υ ν ά μ ε ι ς κατέχοντα καὶ τὰ μαθήματα
ἅπαντ' ἐφεξῆς,

nam adnotat: »δυνάμεις scil. artis, non alimentorum ut interpretatus est Casaubonus." Acute etiam in his vidisse Casaubonum apparebit, si contuleris Nicomachi Εἰλείθυιαν vs. 19 sq. (Athen. VII. p. 290 e)

τῶν ἰχθύων γὰρ τ ὰ ς δ υ ν ά μ ε ι ς καὶ τὰς τύχας.
ἐντεῦθεν εἴσει, π α ρ α κ ο λ ο υ θ ή σ ε ι ς χρόνοις,
πότ' ἄωρός ἐσθ' ἕκαστος ἢ πόθ' ὥριμος,

ubi requiritur παρακολουθήσας, quod iam vidit M.

Euphronis reliquiae ex Ἀδελφοῖς apud Athenaeum X p. 379 similiter verba coqui continent ad discipulum, quem temporis spatio decem mensibus breviore, erudivisse se gloriatur. Laudat autem et suam et alumni sui dexteritatem atque in decipiendis hominibus ingeniosam calliditatem. Adscribamus ea quae auxilio indigere nobis videntur;

vs. 5. Ἆγις Ῥόδιος ὤπτηκεν ἰχθὺν μόνος ἄκρως.
Νηρεὺς δ' ὁ Χῖος γόγγρον ἧψε τοῖς θεοῖς
θρῖον τὸ λευκὸν οὐξ Ἀθηνῶν Χαριάδης.
ζωμὸς μέλας ἐγένετο πρώτῳ Λαμπρίᾳ
ἀλλᾶντας Ἀφθόνητος, Εὔθυνος φακῆν
vs. 10. ἀπὸ συμβολῶν συνάγουσιν Ἀ ρ ί σ τ ω ν πόρους,

οὗτοι μετ' ἐκείνους τοὺς σοφιστὰς τοὺς πάλαι
γεγόνασιν ἡμῶν ἑπτὰ δεύτεροι σοφοί.

Multum a scribis in hoc loco turbatum esse non potest quemquam latere; nam neque apparet unde pendeant Accusativi ἀλλᾶντας, φακῆν et πόρους neque metro satisfacit nomen Ἀρίστων, cuius prima vocalis corripitur. Meinekii autem emendatio pro Ἀρίστων rescribentis ἀρίστων et lacunam statuentis inter hunc versum et sequentem vereor ut cuiquam sit placitura. Melius fortasse suspiceris transponendum esse vs. 8 ζωμὸς μέλας κτἑ. post vs. 9; quo facto Accusativi ἀλλᾶντας et φακῆν pendebunt a verbo ἧψε vs. 6. Deinde vero vs. 10 in Ἀρίστων latet fallor εὗρ' et nomen proprium aliquod, quod fueritne Ἵππων an aliud dictu est perdifficile.

vs. 26 sq. πολὺν ἐποίησας θόρυβον, οὐκ ἔχει νεφρὸν
ἔλεγον ἔ κ υ π τ ο ν οἱ παρόντες ἀποβολῇ.

In loco, ceteroquin ad intelligendum facillimo, frustra interpretari conatus sum istud ἔκυπτον. Versum intelligerem, si scriberetur ἐ λ υ π ο ῦ ν θ' οἱ παρόντες ἀποβολῇ, i. e. *moesti erant qui aderant propter detrimentum*, quamvis non diffitendum, mirum videri omissum ad ἀποβολῇ articulum. Verum poetae potius quam librariis hoc vitium tribuendum esse, non iniuria suspiceris propter vs. 31:

τοῦ γὰρ μὴ χανεῖν
λύκον διακενῆς σὺ μόνος εὕρηκας τέχνην,

ubi item expectares τὴν τέχνην.

Qui sequuntur versus 32 et 33 me omnino non intelligere libenter fateor. In fine autem vocabula:

ᾐσθόμην

ἐκεῖνο δρᾶμα, τοῦτο δ' ἐστὶ παίγνιον,

sic erunt distinguenda:

ᾐσθόμην· (ni forte ἥδόμην)
ἐκεῖνο δρᾶμα. κτἑ.

nam si δρᾶμα penderet ab ᾐσθόμην, quod vel loci sensus vetat, requireretur ἐκεῖνο τὸ δρᾶμα.

Μουσῶν fragment. apud Athen. VIII p. 345 b:
vs. 7. ἴτω πρὸς ἡμᾶς κ α ὶ τ ά χ' οὐδὲν μεταλάβοι,
legendum κ α ὶ τ ά χ' ἂ ν οὐδὲν κτἑ. Obiter moneo in Συνεφήβων fragm. apud eundem IX p. 374 d. pro οὐ βαδίζομεν reponendum esse ο ἶ βαδίζομεν.

In Machonis Ἐπιστολῆς fr. apud Athen. VIII p. 348 f:
vs. 10 sq. εἶθ' ὁπόταν ἤδη πάντα συμφωνεῖν δοκῇ
εἴ σ α γ ε διὰ πασῶν Νικολᾷδας Μυκονίας.

Pessime depravatum esse iudico vs. 11 cum Meinekio, cuius adnotationem videas in edit. maiori, neque tamen de vera lectione reperienda desperandum esse arbitror; etenim gravis me tenet suspicio verum esse quod mihi venit in mentem:

φάγε διὰ πασῶν Νικολάδας Μυκόνιος,

quae verba non amplius obscura erunt, si contuleris comicorum anonymorum fragmentum CCCLXVII:

Μυκονίων δίκην
ἐπεισπέπαικεν εἰς τὰ συμπόσια.

apud Suid. in voc.: ἐπεισπέπαικεν, et in Μυκώνιος (L. Μυκόνιος) γείτων, ubi sic scribit: αὕτη τάττεται κατὰ τῶν διαβεβλημένων ἐπὶ γλισχρότητι καὶ σμικροπρεπείᾳ, παρὰ τὴν σμικρότητα, τῆς νήσου τῆς Μύκονος καὶ εὐτέλειαν, καὶ ἑτέρα παροιμία »Μυκονίων δίκην ἐπεισπέπαικεν εἰς τὰ συμπόσια" διὰ γὰρ τὸ πένεσθαι διεβέβληντο ἐπὶ γλισχρότητι, ε ὕ ρ η τ α ι δ' ἐ π ὶ τ ῶ ν ἀ κ λ ή τ ω ν εἰσ-

ἰόντων εἰς τὰ συμπόσια. Adde, quem ad fragmentum supra laudatum commode attulit Meinekius, Athenaei locum I p. 7 f, cuius partem quae in nostram rem erit, hic adscribamus: Τὸν γοῦν γλίσχρον Ἰσχόμαχον Κρατῖνος Μυκόνιον καλεῖ

Α. πῶς ἂν Ἰσχομάχου γεγονὼς Μυκονίου
Φιλόδωρος ἂν εἴης.

Suspicor igitur coquum, qui a Machone loquens inducitur, artis suae elementa docere Nicoladam quemdam. Huic suadet, ut in parandis obsoniis saepe gustet, et tandem ubi omnia *concinere* videantur, *comedat* διὰ πασῶν (scil. χορδῶν) i. e. bonam ciborum partem abluguriat *conviva non vocatus*. Nam propterea dicitur Νικολάδας Μυκόνιος non sine imitatione loci Cratinei.

Mea autem coniectura simul sublatum est vitium metricum, quo versus laborabat. Nempe in eius initio qua de re iam monuit M., anapaestus sequitur dactylum, quam coniunctionem in senariis ferri non posse, hodie satis constat inter eruditos.

Contra philosophos, qui studiose quaerentes et multa disserentes de sobrietate et temperantia, quique a vino et omni deliciarum genere abstinentes civibus suis nullum afferant emolumentum, et mercatoribus non minus quam agricolis noceant. Contra hos, inquam, scriptum est fragmentum ex Ἀνδροφόνῳ Batonis, quod nondum persanatum legitur apud Athenaeum IV p. 163.

vs. 1. τῶν φιλοσόφων τοὺς σώφρονας ἐνταυθοῖ καλῶ. Pro ἐνταυθοῖ legendum puto ἐνταυθί, quae forma apud poetas comicos passim pro illa est restituenda; vs. 4

pro ἐν τοῖς περιπάτοις | καὶ ταῖς διατριβαῖς, malim ἐ. τ. π. κἂν ταῖς κτἑ. Gravius vitium contraxisse videtur pronomen αὑτοῦ vs. 8:

τί τἀργύριον, ἄνθρωπε, τιμιώτερον
αὑτοῦ τέθεικας ἢ πέφυκε τῇ φύσει,

nam Dobraei ratio (Adv. II p. 307) e noto usu loquendi corrigentis αὑτοῦ, vereor ut hoc loco valeat propterea quod ita supervacua forent vocabula, ἢ πέφυκε τῇ φύσει. Mihi quidem non displiceret si legeretur:

τί τἀργύριον, ἄνθρωπε, τιμιώτερον
συχνῷ τέθεικας κτἑ. i. e. *multo pretiosius.*

Mnesiptolemus quidam, quum in historiis suis memoriae mandasset, se aliquando vidisse Seleucum Antiochi filium Nicanorem, (in cuius aula vivebat), aestivo tempore vinum farina mixtum bibentem (quod Graece dicitur ἐπαλφιτοῦν), largam ea res iocandi materiem praebuit Epinico comico, qui in fabula, quam illius de nomine Mnesiptolemum inscripsit, teste Athenaeo X p. 432 b. hominem sic loquentem induxit:

ἐπ' ἀλφίτου πίνοντα τοῦ θέρους ποτέ
ἰδὼν Σέλευκον ἡδέως τὸν βασιλέα
ἔγραψα, καὶ παρέδειξα τοῖς πολλοῖς ὅτι
κἂν τὸ τυχὸν ᾖ πραγμάτιον ἢ σφόδρ' εὐτελές,
σεμνὸν δύναται τοῦθ' ἡ δύναμις ἡ 'μὴ ποιεῖν·
»γέροντα. Θάσιον τόν τε γῆς ἀπ' Ἀτθίδος
ἑσμὸν μελίσσης τῆς ἀκραχόλου γλυκύν,
συγκυρκανήσας ἐν σκύφῳ χυτῆς λίθου,
Δημητρὸς ἀκτῇ πᾶν γεφυρώσας ὑγρὸν
κατησίμωκα πῶμα, καύματος λύσιν."

Festivum fragmentum non totum adscribere nefas mihi duxi. Vs. 1 nuperrime Cobetus palmaria emen-

datione vocabulis ἐπ' ἀλφίτου πίνοντα, quae non sunt unius assis, substituit quod unice verum est ἐπαλφιτοῦντα. Ad vs. 6 utiliter conferas doctissimam Piersoni adnotationem ad Moeridem in Σαπρόν p. 352 sq. Tum vitiosum est initio versus sequentis ἑσμόν; non enim *dulce examen apum* Seleucum vino immiscuisse puto, neque proficimus hilum, si, collato Euripidis loco, Bacch. vs. 709 (ἄκροισι δακτύλοισι διαμῶσαι χθόνα | γαλακτὸς ἑσμοὺς εἶχον) vocabulum ἑσμὸν per *largam copiam* interpretamur, nam ita loco nostro requireretur μέλιτος pro μελίσσης.

Obstat vero quod additur epitheton ἀκραχόλου, quo minus hîc, ut apud Sophoclem O. C. vs. 481 in notissimo loco: ὕδατος, μελίσσης· μηδὲ προσφέρειν μέθυ | μελίσσης, pro μέλιτος positum esse existimemus. Non longe igitur absum, quin verum esse credam, quod iam dudum suspicabar, poetam scripsisse:

γέροντα Θάσιον τόν τε γῆς ἀπ' Ἀτθίδος,
ν α σ μ ὸ ν μελίσσης τῆς ἀκραχόλου γλυκὺν
συγκυρκανήσας ἐν σκύφῳ χυτῆς λίθου.

Nescio an eadem medicina adhibenda sit ad Euripidis locum modo laudatum, ut legatur ν α σ μ ο ὺ ς γάλακτος, i. e. lactis fontes s. latices. Praeterea vs. 10 pro κατησίμωκα praetulerim quod iam Schweigh. edidisse video κατησίμωσε; nam ipsum regem Seleucum loquentem inductum fuisse, nequaquam est verisimile.

Paullo aliter inter personas diviserim eiusdem Epinici fragmentum ex Ὑποβαλλομένων apud Athenaeum XI p. 497 a, ubi de ῥυτῷ poculo loquitur:

καὶ τῶν ῥυτῶν τὰ μέγιστα τῶν ὄντων τρία

πίνειν δεήσει τήμερον πρὸς κλεψύδραν
κρουνιζόμενον, ἀμφότερα δ' οἰωνίζομαι
ἔστι δ' ἔλεφας. B. ἐλέφαντα π ε ρ ι ά γ ε ι; A. ῥυτὸν
χωροῦν δύο χόας· οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι
ἐγὼ δὲ τοῦτο γ' ἐκπέπωκα πολλάκις.
B. οὐδὲν ἐλέφαντος γὰρ διαφέρεις οὐδὲ σύ.

vs. 2 πίνειν πρὸς κλεψύδραν dictum est ad exemplum formulae forensis λέγειν πρὸς κλεψύδραν. Vs. 3 non expedio vocabula ἀμφότερα δ' οἰωνίζομαι, barbarum est quod coniecit Iacobsius, εὐωνίζ' ἐγώ. Vs. 4 pro ἐλέφαντα π ε ρ ι ά γ ε ι requiro περιάγεις. Recte, quod ante οὐδὲ legitur οὐ, quae vocula originem illi vocabulo debeat, deletum esse a M. iudico. Apparet autem ex geminatis particulis δέ γε hunc et sequentem versum sic inter personas divisum fuisse:

A. ῥυτὸν
χωροῦν δύο χόας. B. οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι·
A. ἐγὼ δὲ τοῦτό γ' ἐκπέπωκα πολλάκις.
B. οὐδὲν ἐλέφαντος γὰρ διαφέρεις οὐδὲ σύ.

In Damoxeni fragmento e Συντρόφοις, allato ab Athenaeo III p. 101 f. vitio non carere videntur haec coqui inepte garruli verba vs. 34 sqq.:

ἡ δ' ἀπειρία
τῶν νῦν μαγείρων κατανόει πρὸς τῶν θεῶν
οἷα 'στίν. ἅλμην ὅταν ἴδῃς ἐξ ἰχθύων
ὑπεναντίων αὐτοῖσι ποιοῦντας μίαν,
καὶ σήσαμ' ὑποτρίβοντας εἰς ταύτην, λαβὼν
ἕκαστον αὐτῶν κατὰ μέρος π ρ ο σ π α ρ δ έ τ ω.
B. ὥς μοι κέχρησαι.

Tam diu ferre potuisse viros doctos istud προσπαρδέτω, quod unde pendeat obscurissimum est. Tu confiden-

ter mecum reponas, *πρόσπαρδε σύ*; quae sic demum recte respondebunt vocabulis *ὅταν ἴδῃς*, cf. vs. 15. Similiter Sosipater in *καταψευδομένῳ* dixit vs. 12: *τοῖς λοιποῖς δὲ προσπέρδου.* Simile vitium vs. 50 *ὁμαλιζέτω τοῖς τάχεσιν*, variis modis tollere conati sunt, inter quae tentamina maxime mihi placet Dobraei suspicio:

ἐπιτείνων τὸ πῦρ
ὁμάλιζε τοῖσι ταχέσιν, κτέ.

vs. 40 vocabula: *ὥς μοι κέχρησαι* ingeniose M. et vere mutavit in: *ὥς μοι κεχάρισαι.* Tandem vs. 59:

ἐνίοτε δ' ἀφεστὼς παρακελεύομαι,

scribere malim *ἐφεστώς*, quia melius credo adhortatur qui adstat quam qui remotus est, cf. vs. 46.

Colloquitur ut recte intellexit Dobraeus *ἀλαζὼν* quidam cum coquo, suam extollens liberalitatem in Euangeli fragmento quod habet Athenaeus XIV p. 644 c. d:

Τέτταρας [ποιεῖν] τραπέζας τῶν γυναικῶν εἶπά σοι,
ἓξ δὲ τῶν ἀνδρῶν, τὸ δεῖπνον δ' ἐντελὲς καὶ μηδενὶ
ἐλλιπές, λαμπροὺς γενέσθαι βουλόμεσθα τοὺς γάμους,
οὐ παρ' ἑτέρου δεῖ πυθέσθαι, πάντα δ' αὐτόπτης ἐρῶ
τῶν μὲν ἐλαῶν ἄφελε πάνθ' ὅσ' ἂν βούλῃ γένη
εἰς δὲ τὰ κρέα μόσχον ἔλαβες, δέλφακας, χοίρους, λαγώς·

vs. 1. auctore M. inserui *ποιεῖν* (Menand. Pseudoh. I 2). Pessime vero habitus est a librariis vs. 5, in quo vs. et duae syllabae desiderentur, et in vocabulo *ἐλαῶν* contra constantem Atticorum consuetudinem penultima corripiatur. Nihil enim moramur poetastrorum locos quos laudat M. vol. III ed. mai. p. 503. Praeterea vix apte hic commemorantur olivae; neque intelligitur cur tot olivarum generibus uteretur coquus.

Vide an probari possit, quod mihi venit in mentem:

τῶν μὲν ἄλλων ἄφελε πάνθ' ὅσ' ἂν θέλῃς γενὴ [Δία],
εἰς δὲ τὰ κρέα κτέ.

Lenius quidem sed vereor ut satis numerose rescribere possis:

τῶν μὲν ἄλλων ἄφελε πάντων ὅσα γε βούλει νὴ [Δία].

Parasitorum originem lepide a Tantalo repetit parasitus, quem loquentem induxit Nicolaus in incertae comoediae fragmento, quod longissimum servavit Stobaeus Flor. XIV. 7. Quae requirantur in parasito enumerat vs. 26 sqq.:

οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐπὶ τράπεζάν ἐσθ' ὁ πλοῦς·
πλευρὰν ἔχειν πρώτιστον ἐν τούτοισι δεῖ,
πρόσωπον ἰταμόν, χρῶμα διαμένον, γνάθον
ἀκάματον, εὐθὺς δυναμένην πληγὰς φέρειν κτέ.

Ad vs. 29 M., quo adverbium *εὐθύς* defendat, affert Platonis locum e Sophista p. 235 b: *ἐὰν ἡμᾶς εὐθὺς ὁ σοφιστὴς ὑπομείνῃ*; quae recte sic vertit Heindorfius: *si nos primo statim impetu nostro subsistat Sophista*, comparato adverbio Homerico *ἄφαρ*. In loco Platonico quidem non est cur offendat *εὐθύς*, sed apud Nicolaum eandem interpretationem vix probandam esse puto. Equidem certe longe praetulerim, si scriberetur:

ἀκάματον εὖ τε δυναμένην πληγὰς φέρειν.

Reliqua autem in hoc fragmento tam egregie constituit Cobetus, ut nihil supra possit, cuius consulas Var. Lect. Mnemos. IV. 2 p. 134.

Pauca restant, quae notatu digna mihi visa sunt ad eas reliquias comicorum, quae omissis poetarum nominibus laudantur ab antiquis.

Fr. XIII. Aristot. Soph. elench. IV. 7:

ἐγώ σ' ἔθηκα δοῦλον ὄντ' ἐλεύθερον.

Cum hoc versu comparant Terent. Andr. I. 1, 10: *feci e servo ut esses libertus mihi*, qui versus tam accurate Graecis respondet, ut non sit mirandum vel Porsonum Graecum versum ex Menandri Andria petitum esse iudicasse. Sed chronologiam obstare recte docuit M. in ed. prior. Menandri p. 22. Ni fallor, Graecitas quoque quominus sic statuamus prohibet, et e tragoedia potius quam e comoedia desumptum esse hunc versum crediderim. Etenim socco dignior foret versus huiusmodi:

ἐγώ σ' ἐποίησα δοῦλον ἀντ' ἐλευθέρου.

Fr. LI. Diog. Laert. II. 108: *Τῆς δ' Εὐκλείδου διαδοχῆς ἐστι καὶ Εὐβουλίδης ὁ Μιλήσιος, ὃς καὶ πολλοὺς ἐν διαλεκτικῇ λόγους ἠρώτησε, τόν τε ψευδόμενον καὶ τὸν διαλανθάνοντα — καὶ σωρίτην καὶ κερατίνην καὶ φαλακρὸν, περὶ τούτου φησί τις τῶν κωμικῶν:*

Οὑριστικὸς δ' Εὐβουλίδης κερατίνας ἐρωτῶν,
καὶ ψευδαλαζόσιν λόγοις τοὺς ῥήτορας κυλίων,
ἀπῆλθ' ἔχων Δημοσθένους τὴν ῥωποπερπερήθραν.

Verbum *κυλίειν* Graecum non est et facile reposueris *κυλίνδων*; sed valde dubito an Graece recte dici potuerit: *λόγοις κυλίνδειν τινά*, aut Latine: *falsiloquentia volutare aliquem.* Mihi non displiceret si legeretur:

καὶ ψευδαλαζόσιν λόγοις τοὺς ῥήτορας κυρίττων,

i. e. *et fastosa falsiloquentia rhetores arietans;* ut poeta alludat ad *κερατίνας* istas, quas memoravit in versu praecedente, cf. Plat. Gorg. 516 a. et Rep. IX. 586 b. quo loco hoc verbum de hominibus ferarum more viventibus usurpatur.

Fr. LIV. Donat. ad Terent. Adelph. I. 1, 8:

Εἶτα φίλ' ὃς ἔχεις γυναῖκα σχοινίων πωλουμένων.

Haec ingeniosissime, ut solebat, extricavit Porsonus ex corruptissimis vocabulorum laciniis: *εἶτα φίλος ἐχοιοίων πωδουμένων*, collato noto versu Iuvenalis VI. 30: *ferre potes dominam salvis tot restibus ullam.* Quod ad orationis formam attinet non male comparaveris Apollodori Fab. Inc. fr. VI: *Μάστιγος οὔσης, ὅρκον οἰκέτῃ δίδως.* Plura vide apud M. ed. mai., qui in fr. LVIII:

ἵνα μὴ τὸ γῆρας ἐπαναβὰν αὐτὸν λάθῃ,

insigni errore coniecit *σαυτόν*, non memor Graecum hoc sensu esse *σε λάθῃ.* In vulgata scriptura contra nihil est, quod reprehendas.

Fr. LXIV. Etym. M. p. 192, 17: *καὶ βαῦ τὸ κατακοιμίζειν· κατεβαυκάλισέ με φησὶν ὁ κωμικός.* Sylburgius coniecit: *καὶ βαυκαλίζειν, κτἑ.* Imo vero e comici loco apparet grammaticum scripsisse *καὶ καταβαυκαλίζειν.* Apud eundem p. 558, 39 e comico petita legitur glossa *κυρτονεφέλη· ἑταίρα οὕτως ἐκαλεῖτο διὰ τὸ μέλαν ἔχειν τὸ ἐφήβαιον.* M. coniecit *κυσθονεφέλη*, quod fortasse verum est; paullo lenius tamen corrigere possis *Μυρτονεφέλη.* Fragmentum est LXXVI apud Eustath. p. 1504. 20.

In fragm. XCVI pro *ἀπωσάμην* Graecitas requirit *ἀπεωσάμην.*

Non intelligo (fr. CXXXVIII) proverbialem locutionem quam exhibet Hesychius: *κνάπτειν κελεύω γλῶσσαν: συνέχειν ἐντὸς τῶν ὀδόντων κελεύω γλῶσσαν. Κνάπτειν* est *carminare;* neque igitur quae sit metaphorae ratio exputo. Intelligerem si scriberetur: *κάμπτειν κελεύω γλῶσσαν*, sed in re nequaquam manifesta nihil novo. Hoc satis constat non comico sed

tragico haec verba tribuenda esse tum propter duplex sigma, tum propter omissum articulum. In ed. min. M. suspicatur satyrici dramatis esse fragmentum; fortasse non iniuria.

Fr. CLXXVIII. Hesychius: *Φοινικελίκτην καὶ λόγων ἀλαζόνα· ἀπατηλὸν καὶ κάπηλον.* Utpote varia lectio delenda esse videntur vocabula: *καὶ κάπηλον*; quam coniecturam confirmant, quae infra leguntur apud eundem *Φοινικέλικτον: ἀπατηλόν.* Simile vitium deturpat Polluc. IV. 182: *καὶ μαχαίρια δ' ἐκάλουν οἱ νέοι κωμῳδοὶ ἐν οἷς ἀπέσχαζον ἢ ἔσχαζον· οὕτω γὰρ ἔλεγον τὸ ἀμύσσειν ὃ οἱ νῦν κατασχάζειν.* Legendum videtur *οἷς κατέσχαζον· οὕτω γὰρ κτἑ.*, deleta varia lectione.

Fr. CLXXXVIII. Herodianus de dict. sol. p. 24, 23: *ἕς, ἔνθεν τὸ ἄφες, πρόες, θές, φρές, σπές· Ἔνθα ταθεὶς φρές μ' ὡς τὸ μειρακύλλιον.* Verba poetae in hunc modum correxit Meinekius:

ἔνθα σταθεὶς φρές μ' ὡς τὸ μειρακύλλιον.

et revera ita legisse videtur grammaticus. Sed alia quaestio est, an sic scripserit poeta comicus. Qua de re propterea valde dubito, quod nemo umquam Graecorum verbo simplici *φρὲς* usus fuisse videtur. Dicebant *διαφρεῖν*, *ἐκφρεῖν* et *εἰσφρεῖν*, sed formam *φρεῖν* prorsus ignorabant. Suspicor igitur iam Herodiani aetate veram lectionem huius fragmenti obliteratam fuisse, et poetae reddendum esse:

ἔνθ' ὦγαθ' εἴσφρες μ' ὡς τὸ μειρακύλλιον.

i. e. *ibi, o bone, intromitte me ad adolescentulum.* Facillime autem ЄΝΘΩΓΑΘЄΙϹΦΡЄϹ in ЄΝΘΑϹΤΑΘЄΙϹΦΡЄϹ abire potuisse vix est quod moneam.

Fr. CXCIV. Harpocrationis cod. Marc. apud Bekk. p. 36:

Ἀργοὶ κάθηνταί μοι γυναῖκες τέτταρες.

Lenonis aut lenae verba esse videntur.

Fr. CCLXXII. Phrynichus Bekk. p. 56. 33: *οὐδὲ εἰς τὸν ὀδόντα ἔχει φαγεῖν· ἐπὶ τῶν μηδὲ σμικρότατα ἐχόντων φαγεῖν.* Sensus huic proverbio inerit, si mecum rescripseris:

οὐδ' εἰς ἕν' ὀδόντ' ἔχει φαγεῖν.

Fr. CCLXXXVIII. Plut. cons. Apoll. p. 110 c:

εἶτ' εἰ μὲν ᾔδεις, ὅτι τοῦτον τὸν βίον
ὃν οὐκ ἐβίωσε, ζῶν διευτύχησεν ἄν.

Scribendum est *ᾔδησθ'* et *οὐ βεβίωκε.* Prior forma aliquanto maiore molimine indiget, ut restituatur Soph. Antig. vs. 447, ubi hucusque editur:

σὺ δ' εἰπέ μοι μὴ μῆκος ἀλλὰ σύντομα,
ᾔδης τὰ κηρυχθέντα, μὴ πράσσειν τάδε.

Emendandum est, ut opinor,

ᾔδησθα κηρυχθὲν τὸ μὴ πράσσειν τάδε.

Fragmentum autem, de quo agimus, ad novam comoediam pertinere ex argumento perspicitur.

Fr. CCXCV. Plut. de Exilio p. 609 b: *ὥσπερ ἐν κωμῳδίᾳ τις ἠτυχηκότα φίλον θαρρεῖν καὶ τὴν τύχην ἀμύνεσθαι παρακαλῶν ἐρομένου »τίνα τρόπον" ἀποκρίνεται »φιλοσόφως", οὕτω καὶ ἡμεῖς αὐτὴν ἀμυνώμεθα φιλοσοφοῦντες ἀξίως:*

Τὸν Δία δὲ πῶς ὕοντα, τὸν βορέαν δὲ πῶς;
πῦρ ζητοῦμεν, βαλανεῖον, ἱμάτιον, στέγην καὶ
γὰρ οὐχ ὑόμενοι καθήμεθα οὐδὲ κλαίομεν.

Iure Meinekio etiam postrema ex comoedia ducta esse videntur. Ipsos versus restituere velle quamvis lu-

bricum negotium esse optime sentio, animi causa tamen addam, quae mihi venerint in mentem:

A. τὸν Δία δὲ πῶς ὕοντα, τὸν βορέαν δὲ πῶς;
B. ζητοῦντε πῦρ, βαλανεῖον, ἱμάτιον, στέγην,
οὐχ ὑόμενοι καθήμεθ᾽ οὐδὲ κλάομεν.

Hoc fragmentum novae comoediae poetae assignandum esse iudico.

Multo antiquiores et aetate Periclis facti sunt versus, quos servavit Plutarchus praec. reip. adm. p. 811 f. Sunt autem hi:

(CCCIII) Μήτιχος μὲν γὰρ στρατηγεῖ, Μήτιχος δὲ τὰς (ὁδούς,
Μήτιχος δ᾽ ἄρτους ἐποπτᾷ, Μήτιχος δὲ τἄλφιτα,
Μήτιχος δὲ πάντα ποιεῖ, Μήτιχος δ᾽ οἰμώξεται.

In hac populari cantilena, (nam sic recte statuisse videtur Bernhardius Hist. Litt. Graec. p. 53), in qua suadente vel potius cogente metro ubique cum Elmsleio reposui Μήτιχος pro Μητίοχος, vs. 2 corruptum esse verbum ἐποπτᾷ, merito contendit M. Veram reperisse lectionem fortasse non temere mihi visus sum. Scribendum enim suspicor:

Μήτιχος δὲ τὰς ὁδούς,
Μήτιχος δ᾽ ἄρτους ἐπωπᾷ, Μήτιχος δὲ τἄλφιτα.

i. e. *Metichus vias publicas, Metichus panem inspectat, Metichus omnia ad victum necessaria.* Eodem modo vulgatam interpretantes verbo ἐποπτᾶν tribuunt notionem, quam numquam habuit. Quid sit ἐποπτᾶν si forte quis nescit, docebit Hom. Od. μ 363: ἐπώπτων ἔγκατα πάντα. Contra ἐπωπᾶν est verbum antiquum, quod prorsus idem valet atque cognatae originis verba ἐφορᾶν et ἐποπτεύειν. Hesychius in voc.

ἐπωπᾷ· ἐφορᾷ, ἐποπτεύει. Aeschylus ter hoc vocabulo usus est: Eum. 275 δελτογράφῳ δὲ πάντ᾽ ἐπωπᾷ φρενί, ib. vs. 929 et Choeph. vs. 682. At quomodo, inquit, fieri potuit, ut plebecula Attica usa sit in hac cantilena vocabulo pervetusto pro eo, quod omnium usu terebatur, ἐφορᾶν? Audio et respondebo: Versus, de quibus nunc agimus, manifestam imitationem continent Archilochi, qui acerrimo olim et atrae bilis plenissimo carmine insectatus fuerat Leophilum, e quibus hi duo supersunt:

Νῦν δὲ Λεώφιλος μὲν ἄρχει, Λεώφιλος δ᾽ ἐπικρατεῖ,
Λεωφίλῳ δὲ πάντα κεῖται, Λεωφίλου δ᾽ ἀκούεται.

quos iam Porsonus cum loco nostro comparavit in Praef. ad Hecub. p. XXIX. Suspicor autem Archilochum in versu, qui olim post vs. 2 sequebatur, usum fuisse verbo ἐπωπᾶν, quod in vate Pario perantiquo vix quisquam mirabitur. Versus Archilochicus v. c. esse potuit:

Λεώφιλος δὲ πάντ᾽ ἐπωπᾷ, Λεώφιλος δ᾽ οἰμώξεται.

Nostro loco vs. 1 post μὲν additum est γὰρ a Porsono; equidem malim, quod facilius excidere potuit, inserere νῦν, collato vs. Archilochico: Νῦν δὲ Λεώφιλος κτἑ. Speciem habet, quod vs. 3 coniecit idem Porsonus: Μητίχῳ δὲ πάντα κεῖται. Plura vide apud M. in utraque editione.

Ex antiqua comoedia petita esse videntur ap. Pollucem II. 16 dicteria, quae ibi recenset adversus senes. In fine haec habet: ὑπὲρ τὰς ἐλάφους βεβιωκὼς ἢ τὰς κορώνας, ἢ ταῖς νύμφαις ἰσῆλιξ καὶ τὰ ὅμοια. Quae verba vide an forte ex eodem comici nescio cuius loco desumpta, mutatione prope nulla ad dimetros anapaestos

revocare liceat. Possis enim haec sic constituere:

ὑπὲρ τὰς ἐλάφους
βεβιωκὼς εἶ τάς τε κορώνας,
καὶ ταῖς νύμφαισιν ἰσῆλιξ.

Fr. CCCXXVII. Scholiasta Eurip. Orest. 224:

ὁ πρῶτος εἰπὼν »μεταβολὴ πάντων γλυκύ"
οὐχ ὑγίαινε, δέσποτ', κτέ.

Ad quam sententiam probandam servus, qui hîc loquens inducitur, affert exemplum eius, qui ex divite factus sit pauper; quam certe mutationem neminem iucundam iudicaturum esse credo. Deinde fragmentum claudit hic versus:

ὥστ' οὐχὶ πάντων ἡ μεταβολὴ γλυκεῖα.

in quo emendando et Porsonum et Meinekium oleum et operam perdere video. Nam, si quid iudico, versus prorsus inutilis est et huius fragmenti auctore, sive Anaxandrides est, ut ille, sive Antiphanes, ut hic suspicatur, omnino indignus. Lectoris potius additamentum est, qui e superioribus ingeniose scilicet ista concluserit. Ad vs. 2 sq.: *ἐκ μὲν γὰρ κόπου | γλυκεῖ' ἀνάπαυσις*, conferas Pindari dictum Nem. VII. vs. 76: *ἀλλὰ γὰρ ἀνάπαυσις ἐν παντὶ γλυκεῖα ἔργῳ.*

Adnotandi finem facio in observatiuncula ad Fr. CCCXLIX ap. Stobaeum Floril. LXIX:

ὅταν γὰρ ἄλοχον εἰς δόμους ἄγῃ πόσις,
οὐχ ὡς δοκεῖ γυναῖκα λαμβάνει μόνον, κτέ.

Hos versus, quos rectissime Stobaeus tribuit Theodectae poetae tragico, infelicissima coniectura Theogneto comico vindicare studet M. in edit. min. Quae suspicio nolim viro acutissimo excidisset; nam quid, quaeso, magis sapere potest cothurnum quam vs. primus, in

quo tria sint sermonis artificialis testimonia? Cui enim praeter tragicos dicere licuit aut *ἄλοχος* aut *δόμοι* aut *πόσις* pro *γυνὴ, οἰκία, ἀνήρ*?

Haec sunt, Benevole Lector, quae ad praeclara illa ingenii humani monumenta, quae acutioris critici doctiorisque interpretis vires requirere optime sentio, adnotare apud animum meum constitueram. Quo autem successu tanto proposito fuerim perfunctus eruditiorum esto iudicium, a quibus ut aequa feratur sententia, hoc unum velim secum reputent, quam sit arduus quem suscepi laborem, et simul, quam imbecillae vires eorum esse soleant, qui nondum longa et indefessa exercitatione in omnibus, ad quae cogitando pervenire possimus, subtili semper et acri iudicio vera a falsis secernere didicerint.

ADDENDA.

Superioribus pauca addere lubet, quae, repetita lectione fragmentorum ex nova comoedia, mihi venerunt in mentem. Quam paucissimis potero singula notabo.

[MENANDRI 'Αρρηφόρου fr. II vs. 2]. Coniicio: *ὅλην ἐπίνομεν | τὴν νύκτα νὴ Δία καὶ σφόδρ' ἄκρατόν μοι δοκῶ.* Vulgatur *διὰ σέ*, quae vocabula omisit Eustathius. [*Δεισιδαίμονος* fr. IV]. Fortasse: *διά τινα | ἄτοπον ἀκρασίαν.* Vulgo *αὐτῶν.* [*'Επαγγελλομένου* fr. III]. Exspectaveram: *τοῖς ἀπαιδεύτοις βοηθεῖ κτἑ.* Legitur *τοῖς ἀναιδέσιν.* [*Θεοφορουμένης* fr. II vs. 17]. *ὁ κακοήθης τρίτα λέγει.* Tuetur Men. Inc. Fab. fr. IV. Non male tamen codd. Caes. et Vind.: *τὰ τρίτ' ἔχει.* Cf. Inc. Fab. fr. CLXXIII. [*Κωνειαζομένων* fr. VII] *καὶ ἀπείλλημμαι μόνος.* An *καὶ καταλέλειμμαι κτἑ.*? Cf. Terent. Eunuch. II. 2. 7. [*Κυβερνητῶν* fr. II vs. 1]. Vocabula: *οἶοι λαλοῦμεν ὄντες* pessime depravata sunt. [*Μισογύνου* fr. I vs. 4]. Pro *οὐκέτι βλέπεις* rescribas: *οὐκ ἐπιβλέπεις* ex Clemente. Cf. v. c. Isocratem in Demonic. p. 21 fin. ed. Bekk. Ibidem vs. 6 pro *ὅπου* malim *ὅτῳ*; in fine foede corruptum est *προσδοκωμένων.* [*Πλοκίου* fr. I vs. 12]. Lege: *ἧς ἐστι τὸ | φρύαγμα πῶς ἄρ' ὑπόστατον*; Vulgo *εἶτ'* et *εἴ πως ἀνυπόστατον.* Hoc iam M. Ibidem

fr. II vs. 3 pro *πάντων ἀντ' ἐκείνης* rescripserim: *τῶν πατρῴων ἄντικρυς*, articulo addito lectioni, quam inveniri testatur Spengelius ap. M. Iunge *κυρίαν ἄντικρυς* i. e. *aperte dominam.* [*Προγάμων* fragm.]. *Τυφλόν γε καὶ δύστηνόν ἐστιν ἡ τύχη.* Verum videtur *κἀνόητον.* Cf. Fab. Inc. fr. CCXLVIII: *τυφλόν τι τἀνόητον εἶναί μοι δοκεῖ*; quae sententia inepte languet. An forte: [*ἡ τύχη*] | *τυφλόν τι κἀνόητον κτἑ.*? [F. I. fr. CCVI]. E Plutarchi loco de Sanit. p. 133 b. hos versus elicio: *ἕκαστος οὖν | κύψας καθ' αὑτὸν τῶν τραγημάτων ἔφλα | φυλαττόμενός τε κἀμβλέπειν φοβούμενος | αὐταῖσιν.* [F. I. fr. CCLXXV]. *Θανόντων δὲ καὶ λόγοι φίλοι προδόται.* Ne quis numeros restituat, moneo esse versum politicum. [F. I. fr. DXII]. Inc. Gram. Anecd. IV p. 413. 3 — *οἷον ἥραον ἥρων ἀρμολογῶ καὶ νῦν δ' ἐρῶ.* Lege *ἥρων γάρ, ὁμολογῶ, καὶ νῦν δ' ἐρῶ.* Male voculum *γὰρ* neglexit Schneidewinus.

[DIPHILI 'Αδελφῶν fr. I vs. 3]. Fortasse: *λαγύνιον | ἔχοντα βαίνειν.* Vulgo *ἔχον βαδίζειν.* Ceterum locus est perobscurus. [*Μαινομένου* fr. vs. 3]. Pro *ἀλλὰ καὶ κύκλον* malim: *ἀλλὰ τὸν κύκλον.* [*Πελιάδων* fr.]. Ad *φέρων* vs. 3 cf. Lucian. V § 26: *φέροντες ἔρριψαν κτἑ.* Ludit poeta in *ἀνθηρὸς* et *ἀνθίας.* Vs. penultimus ex duobus contractus esse videtur; *ηρος* fortasse est pars posterior vocabuli *ἀνθηρός.* Denique vocabula: *ὑπό τι δυσώδης οὗτος* tribuerim personae B. Poetae manus non facile restituetur.

[ARCHEDICI *Θησαύρου* fr. III vs. 2] *γόγγρου κεφάλην καὶ τὰ πρῶτα τεμάχια.* Metrum ruit, M. *κεφάλαιον.* Non male, si *τὰ πρῶτα τεμάχια* dici possunt.

frusta capiti proxima; quod praefracte negare non ausim. Sin minus, coniicias *τακεροχρῶτα*. Vocabulo utitur Antiphanes ap. Ath. p. 449 b. Ita *ξανθοχρῶτες* et *γαλακτοχρῶτες* pisces vocat Nausicrates ap. Athen. VII p. 325 e.

[Machonis Ἀγνοίας fr. vs. 3]. Vitiosum est *πάντες*.

[Batonis Συνεξαπατῶντος fr. vs. 9] *ἐκ δὲ τοῦ ζῆν παγκάλως | ἴσως ἅπαντας εὐτυχεῖν δώσεις ἐμοί*. Ita scribendum iudico pro codicum lectione: *εὐσωσία πάντας ἢ τυχὸν κτέ.* Sensus est: *fortasse dabis* (= *concedes mihi*) *τὸ ζῆν παγκάλως omnibus parere felicitatem.* Ἴσως tamen fortasse non sufficit.

[Posidippi F. I. fr. IV vs. 3] pro *ἔμεινεν εὐτυχῶν* repone: *ἔ. ἀτυχῶν*.

[Theogneti Φιλοδεσπότου fr.]. Vs. 1 sic lego: *ὁ Πανταλέων μὲν αὐτὸς ἀστὸς ὢν ξένους κτέ.* Vulgo *αὐτοὺς τούς*. Bergkius iam *ἀστός*, sed articulus quoque ferri nequit.

[Crobyli Ἀπολιπούσης fr. I] *πάλιν ἡ τοῦ βίου | ὑγρότης με τοῦ σοῦ τέθαφε· τὴν ἀσωτίαν κτέ.* M. coniecit *τέθυφε*. Male! nam hoc verbum de amore, *lento igni homines consumente*, usurpari solet, neque igitur satis convenit loco nostro. Est in membranis ΤЄΘΑΙΦЄ. Dele lineolam in litera Α, et emerget vera scriptura ΤЄΘΛΙΦЄ. Scribe igitur: *πάλαι γ' ἡ τοῦ βίου | ὑγρότης μέ σου τέθλιφε κτέ.* Verbum *θλίβειν* quam aptum sit, neminem, qui locum inspexerit, facile latebit.

[Comic. Anon. fr. XLVIII vs. 3] *καὶ γαληνὸς ἔντ' ἠχῷ πρὸς πνεῦμα βραχὺ κορύσσεται.* Pro *ἔντ' ἠχῷ* coniicio: *ἂν τύχῃ*. Ad antiquam comoediam non pertinere hoc fragm., apparet ex voc. *ἄστατος* vs. 1. [Ibid. LXXXIV] *μὴ καταγελᾶτε τοῖς ἐμοῖς παθημάτοις.* Graecum non esse *καταγελᾶν* c. Dat. demonstravit Cobet. in Var. Lect. Mnem. IV. 4 p. 205. Hîc tamen fortasse hic usus excusationem habet, quum Aetoli verba esse constet. Sin minus, suspicari possis: *μὴ κἀγγελᾶτε τοῖς κτέ.*, ut *ἐγγελᾶτε* sit subiunctivus, pendeatque oratio a praecedentibus.

MONENDA ET CORRIGENDA.

[P. 9. vs. 10]. Possis etiam: *πρίεται καὶ πνίγεται.* Cf. Pherecr. Crapat. I. 4 et M. ad Menand. p. 278. [P. 18 vs. 11]. Sero video idem iam restituisse M. in ed. min. [P. 24 vs. 28]. Fortasse vulgata scriptura retineri debet. [P. 25 vs. 3]. Fortasse iniuria reprehendi Schaeferum. [P. 31 vs. 21]. Quod legendum proposui nimium distat a librorum scriptura. Postea magis faverunt mihi Musae; etenim vix inter se differunt ΟΤΚΑΝΑΚΡΩΙ et CΤΚΑΝΑΚΡΩΙ, itaque coniicio Platonem dedisse: [*τῷ δακτύλῳ*] | *ἅψαι μόνον σὺ κἂν ἄκρῳ τοῦ Μορσίμου.* Satis notus est hic usus; v. c. Lucian. Prometh. § 13: *ἢ σὺ δεῖξον κἂν ἕν τι μικρότατον, κἀγὼ σιωπήσομαι.* [P. 41 vs. 29]. Mihi non satisfacio, neque tamen probo M. rationem in ed. min. [P. 51 vs. 10]. Mutatio, quam proposui, est nimis violenta. Fortasse sufficit: *ἓν γὰρ τοῦτό μοι | τὸ λοιπόν ἐσθ' ὅτι καὶ κακῶς ἀκούσομαι.* [P. 88. vs. 19]. Praep. *ἀπὸ* fortasse ferri potest propter tragicum orationis colorem. [P. 112. vs. 10]. Dele voc. *non*.

THESES.

I.

Quod Clem. Alex. Strom. III. 3 (p. 520 P.) servavit fragmentum Euripidis (apud Wagner. est Inc. Fab. fr. CXXXII, apud Dind. XCIX) ita vulgatur:

Ἔπειτα παῖδας σὺν πικραῖς ἀλγηδόσι
τίκτω· τεκοῦσα δ' ἢν μὲν ἄφρονας τέκω,
στένω ματαίως εἰσορῶσα μὲν κακούς,
χρηστοὺς ἀπολέσασ'· ἢν δὲ καὶ σεσωσμένους,
τήκω τάλαιναν καρδίαν ὀρρωδίᾳ· κτέ.

Scribendum vs. 5 *τήκει* — *ὀρρωδία.*

II.

Ibid. IV. 20 § 127 legitur fragmentum Euripidis (ap. Wagn. Inc. Fab. CXXXV), cuius vs. 10 sqq. sic scribuntur:

πρῶτα μέν γε τοῦθ' ὑπάρχει· κἂν ἄμορφος ᾖ πόσις,
χρὴ δοκεῖν εὔμορφον εἶναι τῇ γε νοῦν κεκτημένῃ,
οὐ γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ κρῖνόν ἐστιν, ἀλλὰ νοῦς.

vs. 10 cum Grotio pro *γε* corrige *γάρ*, vs. 12 post ultimum vocabulum excidit *τόδε.*

III.

Athenagor. Legat. de Christ. p. 22 servavit eiusdem fragm. (CLXXXIII ap. Wagn.) sic scriptum:

Ὤφειλε δ', εἴπερ ἔστ' ἐν οὐρανῷ
Ζεύς, μὴ τὸν αὐτὸν δυστυχῆ καθιστάναι.

Vs. 1 post *οὐρανῷ* periit vocula ΘC i. e. *θεός*. Rescribo igitur:

Ὤφειλε δ', εἴπερ ἔστ' ἐν οὐρανῷ θεός,
Ζεὺς μὴ τὸν αὐτὸν δυστυχῆ καθιστάναι.

IV.

Sophoclis fragm. e Scyriis ap. Stob. LIX. 3:

Οἱ ποντοναῦται τῶν ταλαιπώρων βροτῶν,
οἷς οὔτε δαίμων οὔτε τις θεῶν νέμων
πλούτου ποτ' ἂν νείμειεν ἀξίαν χάριν, κτέ.

Corrige vs. 3 *πλοῦτον*, et interpunge post hoc vocabulum.

V.

Ibidem vs. 4 sq.:

λεπταῖς ἐπὶ ῥοπαῖσιν ἐμπολὰς μακρὰς
ἀεὶ παραρρίπτοντες οἱ πολύφθοροι
ἢ ῎σωσαν ἢ 'κέρδαναν ἢ διώλεσαν.

Ridiculum est, quod vertunt: *exiguis ventis flabris magnas merces committentes.* Vocabula: *λεπταῖς ἐπὶ ῥοπαῖσιν* de navibus sunt intelligenda.

VI.

Erotian. p. 62: *Ἀνταῖον θεόν· τὸν βλάβης ὑπονοούμενον αἴτιον ἔσεσθαι ἀνθρώποις. Ἀνταῖον δ' ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸν σώφρονα,* (Welck. *ὀλοόφρονα*) *ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Κλυταιμνήστρᾳ* (?) *λέγων· τὸν δ' ἀνταῖον περιδινέοντα οὐχ ὁρᾶτε, καὶ δεῖμα προσπνέοντα ἀνταίας θεοῦ.* Coniicio:

τόνδε ⏑̱

ἀνταῖον οὐχ ὁρᾶτε περιδινούμενον,
καὶ δεῖμα προσπνέοντα τἀνταίας θεοῦ;

Vs. 3 Bergkius inseruit articulum: dubito tamen an recte.

VII.

Herodian. περὶ σχημάτων p. 57, 58 — παρὰ Σοφοκλεῖ εἰσῆκται λέγων Ὀδυσσεὺς τῷ Διομήδει·

Ἐγὼ δ' ἐρῶ σοι δεινὸν οὐδέν, οὔθ' ὅπως
Φυγὰς πατρῴας ἐξελήλασαι χθονός,
οὔθ' ὡς ὁ Τυδεὺς ἀνδρὸς αἷμα συγγενοῦς
κτείνας ἐν Ἄργει ξεῖνος ὢν οἰκίζεται.

Part. κτείνας vs. 4 glossema esse puto. Poeta scripserat αἷμα — πράξας.

VIII.

In Sophoclis fragm. ap. Schol. Eurip. ad Phoen. 312:

καὶ γὰρ χαρακτὴρ αὐτὸς ἐν γλώσσῃ τί με
παρηγορεῖ Λάκωνος ὀσμᾶσθαι λόγου.

Sophocli reddendum est ὀσφρέσθαι.

IX.

Eustath. ad. Odyss. p. 228. 4 affert Sophoclis fragm. ex Palamede sic scriptum:

Οὐ λιμὸν οὗτος τῶνδ' ἄπωσε, ξὺν θεῷ
εἰπεῖν, χρόνου τε διατριβὰς σοφωτάτους
ἐφεῦρε, Φλοίσβου μετὰ κοπὴν καθημένοις,
πεσσοὺς κύβους τε, τερπνὸν ἀργίας ἄκος.

Substantivum κοπὴ h. l. nihili est. Rescribendum est κόπον.

X.

Versum Sophocleum ap. Stob. Ecl. Phys. I. 4. p.

106 sic scribendum esse iudico:

Θεοῦ δὲ πληγὴν οὐχ ὑπεκπηδᾷ βροτός.

Vulgatur ὑπερπηδᾷ.

XI.

In eiusdem fragm. ex Philocteta in Troia ap. Priscianum XVIII. Vol. II. p. 180 ed. Krehl:

Ὀσμῆς μου ὅπως μὴ βαρυνθήσεσθέ μου.

pro μου lego μόνον. Verba sunt ipsius Philoctetae.

XII.

Eiusdem fragm. ex Laocoönte in hunc modum editur apud Dion. Halic. Antiq. I. 48:

Νῦν δ' ἐν πύλαισιν Αἰνέας ὁ τῆς θεοῦ
πάρεστ' ἐπ' ὤμων πατέρ' ἔχων κεραυνίου
νώτου καταστάζοντα βύσσινον φάρος·
κυκλεῖ δὲ πᾶσαν οἰκετῶν παμπληθίαν· κτἑ.

Male duplici coniectura tentavit Casaubonus: κυκλοῖ δ' ἓ πᾶσά γ' οἰκετῶν παμπληθία vel κυκλοῖ δὲ πᾶσα νιν κτἑ. Locus salvus erit, si mutato κυκλεῖ in κύκλῳ commate distinxeris post φάρος.

XIII.

Pulchri carminis particula, quam ex *Achaeorum convivio* servavit Stobaeus XXVI. 1 corruptelae non immunem esse censeo. Verba haec sunt:

Λάθα Πιερίδων στυγερὰ κἀνάρετος,
ἁ δὲ μνᾶστις θνατοῖς εὐποτμότατος
μελέων, ἀνέχουσα βίου βραχὺν ἰσθμόν.

Pro κἀνάρετος fortasse reponendum est κἀχάριτος.

XIV.

In eiusdem fragm. ex *Phaedra*, quod agit de vi

amoris, apud Stob. LXII. 25, duo ultimi versus ita vulgantur:

καὶ τόνδ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει
Ζεὺς, ἀλλ' ὑπείκει καὶ θέλων ἐγκλίνεται.

Scribere malim *κοὐ θέλων*.

XV.

Grammat. in Crameri Anecd. vol. I. p. 268. 24 *τὸ παθητικὸν λέλημμαι· Σοφοκλῆς »οἴμοι λέλημμαι."* Imo vero *οἴμοι πέπληγμαι*. Fortasse respicit Electr. vs. 1415: *ὤμοι πέπληγμαι.*

XVI.

Tzetz. ad Lycophr. 434: *Ἄλλος δέ τις ἱστορικός φησιν; Ὕαντες ἔθνος βάρβαρον τὰς Θήβας παρῴκισαν. Μέμνηται δὲ τοῦ ἔθνους τούτου καὶ Φρύνιχος ὁ τραγικὸς ἐν δράματι Πλευρωνίαις λέγων:*

Στρατός ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπεστρώφα ποδὶ
Ὕαντος ὃς γῆν ναῖεν, ἀρχαῖος λεώς, κτὲ.

Manifestum est rescribendum esse:

Ὕαντες ἣν ἔναιον, ἀρχαῖος λεώς, κτέ.

XVII.

Athen. XV p. 690 b. ex Ionis Chii *Omphala* servavit ipsius reginae verba ad Herculem:

βακκάρεις τε καὶ μύρα
καὶ Σαρδιανὸν κόσμον εἰδέναι χροὸς
ἄμεινον ἢ τὸν Πέλοπος ἐν νήσῳ τρόπον.

Fortasse post vs. 1 excidit is versus, quem affert ex eodem dramate Pollux V. 16. 101:

καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον.

XVIII.

Iam Athenaei aetate corruptus erat eiusdem Ionis

versus ex incerto dramate, quem laudat I. p. 21 a:

ἐκ τῶν ἀέλπτων μᾶλλον ὤρχησεν φρένας.

Io, credo, scripserat:

ἐκ τῶν ἀέλπτων μᾶλλον ὤργησεν φρένας.

XIX.

Achaei fragmentum ex *Aethone* apud Athen. VI. p. 270 c:

ἐν κενῇ γὰρ γαστρὶ τῶν καλῶν ἔρως
οὐκ ἔστι· πεινῶσιν γὰρ ἡ Κύπρις πικρά.

sic corrigendum est:

οὐκ ἐν κενῇ γὰρ γαστρὶ τῶν καλῶν ἔρως
ἔνεστι· κτὲ.

XX.

Incerti poetae fragmenti ap. Stob. XCVII. 17 initium sic scribendum videtur:

ἐγὼ γὰρ, εἰ νοῦν εἶχ' ἔμ' ὁ σπείρας πατήρ,
ἠπιστάμην ἂν, μουσικὴν παρεὶς, πονεῖν,
ὡς εὐτυχήσων καὶ κακῶς πράττων ποτέ.

Vulgatur *πράξων*, quod sententiam pessumdat.

XXI.

In Critiae, poetae tragici, fragmento apud Sext. Empir. adv. Phys. p. 269 sq. ita vulgantur vs. 33 sqq.:

τό τ' ἀστερωπὸν οὐρανοῦ δέμας,
χρόνου καλὸν ποίκιλμα, τέκτονος σοφοῦ,
ὅθεν τε λαμπρὸς ἀστέρος στείχει μύδρος,
ὅ θ' ὑγρὸς εἰς γῆν ὄμβρος ἐκπορεύεται.

Pro *ἀστέρος* coniicio olim scriptum fuisse *διάπυρος*, cl. Diog. Laert. II. 8 et Xen. Mem. IV. 7 § 7.

XXII.

In Chaeremonis ex *Alphesiboea* fragmento apud

Athen. XIII p. 608 d:

vs. 5 sqq. Κόμαι δὲ κηροχρῶτες ὡς ἀγάλματος
αὐτοῖσι βοστρύχοισιν ἐκπεπλασμέναι
ξουθοῖσιν ἀνέμοις ἐνετρύφων φορούμεναι.

Imo vero κούφοισιν κτὲ.

XXIII.

Sophocl. Philoct. vs. 43: ἀλλ' ἢ 'πὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν. Lege: ἀλλ' ἢ 'πὶ φορβὴν κτὲ.

XXIV.

Ibid. vs. 64: λέγων ὅσ' ἂν
θέλῃς καθ' ἡμῶν ἔσχατ' ἐσχάτων κακά.

Poetae reddendum: λέγ' οὖν κτὲ.

XXV.

Ibid. vs. 715 sqq:
ὃς μηδ' οἰνοχύτου πώματος ἥσθη δεκέτει χρόνῳ,
λεύσσων δ' εἴ που γνοίη στατὸν εἰς ὕδωρ
ἀεὶ προσένωμα.

Aliquanto melius legeretur: ἀεὶ πόδ' ἐνώμα.

XXVI.

Ibid. vs. 913 sq:
Λιπὼν μὲν οὐκ ἔγωγε, λυπηρῶς δὲ μὴ
πέμπω σε μᾶλλον, τοῦτ' ἀνιῶμαι πάλαι.

Sententia requirit πέμπων.

XXVII.

Soph. Trach. vs. 887:
Τάλαιν' ὀλεθρία, τίνι τρόπῳ θανεῖν σφε φῄς;

Absurdum est h. l. ὀλεθρία. Coniicio:
Τάλαιν', ὀλέθρου τίνι τρόπῳ θανεῖν σφε φῄς;

XXVIII.

Oed. Tyr. vs. 115: πάλιν
πρὸς οἶκον οὐκέθ' ἵκεθ' ὡς ἀπεστάλη.

Male interpretantur: *domum amplius non rediit, ex quo abiit semel.* Sensus est: *domum non rediit, ut profectus erat* h. e. mortuus rediit, quum salvus abiisset.

XXIX.

Ibid. vs. 264: ἀνθ' ὧν ἐγὼ τάδ' ὡσπερεὶ τοὐμοῦ πατρὸς
ὑπερμαχοῦμαι κἀπὶ πάντ' ἀφίξομαι.

Legendum est τοῦδ' pro τάδ'.

XXX.

Oed. Col. vs. 319 sqq: Φαιδρὰ γοῦν ἀπ' ὀμμάτων
σαίνει με προστείχουσα· σημαίνει δ' ὅτι
μόνης τόδ' ἐστι δῆλον Ἰσμήνης κάρα.

Probabile est Sophoclem scripsisse: μόνης τόδ' ἐστ' ἀδελφὸν Ἰσμήνης κάρα.

XXXI.

Ibid. vs. 501 sq: οὐ γὰρ ἂν σθένοι τοὐμὸν δέμας,
ἔρημον ἕρπειν οὐδ' ὑφηγητοῦ γ' ἄνευ.

Repone: ὑφηγητῶν ἄνευ.

XXXII.

Ibid. vs. 593:
Oed. ὅταν μάθῃς μου νουθέτει, τανῦν δ' ἔα.
Thes. δίδασκ', ἄνευ γὰρ γνώμης οὔ με χρὴ λέγειν.

Pro λέγειν suspicor rescribendum esse ψέγειν.

XXXIII.

Ibid. vs. 113 sq: κἀναπαύσατον
τοῦ πρόσθ' ἐρήμου τοῦδε δυστήνου πλάνου.

Vera lectio est τόνδε δύστηνον i. e. ἐμὲ τὸν πανάθλιον.

XXXIV.

Antig. vs. 156 sqq.: *Κρέων ὁ Μενοικέως νεοχμοῖσι θεῶν*
ἐπὶ συντυχίαις χωρεῖ τινὰ δὴ
μῆτιν ἐρέσσων.

Pro *ἐρέσσων* magis mihi placeret *ἑλίσσων*.

XXXV.

Ibid. vs. 417 sqq: *ἐν δ' ἐμεστώθη μέγας*
αἰθήρ.

Pro *ἐν* praecedentia suadent *σύν*.

XXXVI.

Ibid. vs. 578 sq: *εὖ δὲ τάσδε χρὴ*
γυναῖκας εἶναι μήδ' ἀνειμένας ἐᾶν.

Male ab editoribus recepta est Guil. Dindorfii coniectura *εἶλαι* reponentis. Scribendum est *εἶρξαι*. Cf. Aiac. vs. 752 sqq.

XXXVII.

Ibid. vs. 593:

Ἀρχαῖα τὰ Λαβδακιδᾶν οἴκων ὁρῶμαι
πήματα φθιτῶν ἐπὶ πήμασι πίπτοντ'
οὐδ' ἀπαλλάσσει γενεὰν γένος, ἀλλ' ἐρείπει
θεῶν τις, οὐδ' ἔχει λύσιν.

In ЄΡЄΙΠЄΙ latere videtur ЄΝЄΙΡЄΙ i. e. *ἐνείρει τὰ πήματα κτἑ.*

XXXVIII.

Ibid. vs. 795: *νικᾷ δ' ἐναργὴς βλεφάρων ἵμερος εὐ-*
(λέκτρου
νύμφας, τῶν μεγάλων οὐχὶ πάρεδρος
θεσμῶν. Ἄμαχος γὰρ ἐμπαίζει θεὸς Ἀφροδίτα.

Verum videtur: *ἄμαχος γὰρ ἐνστάζει κτἑ.* (scil. *τὸν ἵμερον*).

XXXIX.

Ibid. vs. 1035 sq: *Τῶν δ' ὑπαὶ γένους*
ἐξημπόλημαι κἀκπεφόρτισμαι πάλαι.

Coniicio: *τῶν δ' ὕπ' ἐγγενῶν κτἑ.*

XL.

Ibid. vs. 1055:

Creon. *τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος.*
Tires. *τὸ δ' ἐκ τυράννων αἰσχροκερδίαν φιλεῖ.*

Lege: *τὸ δ' αὖ κτἑ.*

XLI.

Ibid vs. 1256: *καὶ τῆς ἄγαν γάρ ἐστί που σιγῆς βάρος.* spurius est, confictus ad exemplum vs. 1251.

XLII.

Aeschyl. Sept. adv. Theb. vs. 104:

κτύπον δέδορκα· πάταγος οὐχ ἑνὸς δορός.

Dixit, opinor, perterritarum mulierum chorus: *κτύπον δέδοικα· κτἑ.*

XLIII.

Agam. vs. 15:

τὸ μὴ βεβαίως βλέφαρα συμβαλεῖν ὕπνῳ.

Habeo suspectum.

XLIV.

Ibid. vs. 272:

Chor. *τί γὰρ τὸ πιστόν ἐστι τῶνδέ σοι τέκμαρ;*
Clytemn. *ἔστιν, τί δ' οὐχί, μὴ δολώσαντος θεοῦ.*

Ex responso apparet Chorum rogasse: *ἦ γάρ τι πιστόν; κτἑ.*

XLV.

Ibid. vs. 345 sqq:

θεοῖς δ' ἄν, ἀμπλάκητος εἰ μόλοι στρατός,
ἐγρηγορὸς τὸ πῆμα τῶν ὀλωλότων
γένοιτ' ἄν, εἰ πρόσπαια μὴ τύχοι κακά.

Haec intelligi nequeunt, nisi vs. 347 sic scripseris:

γένοιτο, καὶ πρόσπαι', ἃ μὴ τύχοι, κακά.

XLVI.

Ibid. vs. 550:

Ὡς νῦν τὸ σὸν δὴ καὶ θανεῖν πολλὴ χάρις.

Scribas: *Ὡς νῦν τὸ σὸν δὴ »κατθανεῖν" πολλὴ χάρις.* cl. vs. 509: *τεθνᾶναι οὐκέτ' ἀντερῶ θεοῖς.*

XLVII.

Tyrtaei Eleg. Reliq. II. Ὑποθῆκαι fr. VII apud Lycurg. in Leocr. c. 28 vs. 18 sq.:

τοὺς δὲ παλαιοτέρους, ὧν οὐκέτι γούνατ' ἐλαφρά,
μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γεραιούς.

Ultimum vocabulum ΓЄΡΑΙΟΥϹ suspicor iam antiquitus corruptum esse ex FЄΡΓΑΡЄΟϹ, ita ut poeta dederit:

μὴ καταλείποντες φεύγετε Fέργ' Ἄρεος.

XLVIII.

Sapph. Carm. mel. et chor. reliq. fr. 60 ap. Bergk. (Hephaest. p. 63. 65):

Κρῆσσαι νύ ποθ' ὧδ' ἐμμελέως πόδεσσιν
ὤρχηντ' ἀπάλοις ἀμφ' ἐρόεντα βῶμον
πόας τέρεν ἄνθος μάλακον ματεῖσαι.

Contextus clamat scribendum esse *πατεῖσαι.*

XLIX.

Litera addatur apud Bacchylidem Παροιν. fr. XXVII (Bergk.) Athen. II. 39 E:

Γλυκεῖ' ἀνάγκα
σευομένα κυλίκων θάλπησι θυμόν.

Lege *σευομένα 'κ κυλίκων.*

L.

Eadem litera reddatur Babrio in fabul. XXXIV vs. 9 (Bergk. Anth. Lyr.):

τὰ σπλάγχνα γάρ, τεκοῦσα, πάντα μου πίπτει.

Reponendum *μοὐκπίπτει.*

LI.

Apud eundem fab. XXX vs. 10:

ἓν γάρ με νεκρὸν ἢ θεὸν σὺ ποιήσεις.

Lege *ἢ γὰρ κτἑ.*

LII.

In eiusdem fabula LVIII vs. 8:

πρῶτον μὲν εὐθὺς ἔψεγεν τὸ τοῦ ταύρου
τῶν ὀμμάτων τὰ κέρατα μὴ κάτω κεῖσθαι
ὡς ἂν βλέπων ἔτυπτε.

Legendum: *ἵνα βλέπων ἔτυπτεν.*

LIII.

In eiusdem fabul. CIII:

τί δ' οὐ προσέρχῃ, μακρόθεν δέ με σκέπτῃ.

Malim: *δ' ἐπισκέπτῃ.*

LIV.

Aristoph. Ach. vs. 940 sqq.:

πῶς δ' ἂν πεποιθοίη τις ἀγ-
γείῳ τοιούτῳ χρώμενος
κατ' οἰκίαν
τοσόνδ' ἀεὶ ψοφοῦντι.

Rescribas: *γεγηθοίη.*

LV.

Nub. vs. 150 sq.:

ἐνέβαψεν εἰς τὸν κηρὸν αὐτῆς τὼ πόδε
κᾆτα ψυγείσῃ περιέφυσαν Περσικαί.

Imo vero *ψυγέντος*.

LVI.

Ibid. vs. 251 sq.: *Βούλει τὰ θεῖα πράγματ' εἰδέναι σαφῶς*
ἅττ' ἐστιν ὀρθῶς;

Non displicet mihi *ὄντως*.

LVII.

Ibid. vs. 1427:

σκέψαι δὲ τοὺς ἀλεκτρυόνας καὶ τἄλλα τὰ βοτὰ ταυτί.

Vitium metricum corrige rescribendo *ἀλέκτορας*.

LVIII.

Similiter corrigo Ran. vs. 963:

τὸν ξουθὸν ἱππαλέκτορα ζητῶν τίς ἐστιν ὄρνις;

ubi editur: *ἱππαλεκτρυόνα*.

LIX.

Ran. vs. 968 sic scribendus videtur:

οὐχ ἱππαλέκτορας μὰ Δί' οὐδὲ τραγελάφους ἅπερ σύ.

Vulgatur: *οὐχ ἱππαλεκτρυόνας μὰ Δί' οὐδὲ κτἑ.*

LX.

Vesp. vs. 333 sq.: *τίς γάρ ἐσθ' ὁ ταῦτά σ' εἴργων*
κἀποκλῄων τῇ θύρᾳ.

Suspicor: *τίς γάρ ἐσθ', ὦ τᾶν, ὁ σ' εἴργων κτἑ.*

LXI.

Ibidem vs. 471 sq.:

ἔσθ' ὅπως ἄνευ μάχης καὶ τῆς κατοξείας βοῆς,
ἐς λόγους ἔλθοιμεν, κτἑ.

Deleto articulo, quod correctori debetur, scribe: *ἄνευ μάχης τε καὶ κτἑ.*

LXII.

Ran. vs. 112 sqq.:

τούτους φράσον μοι, λιμένας, ἀρτοπώλια·
πορνεῖ', ἀναπαύλας, ἐκτροπάς, κρήνας, ὁδούς,
πόλεις, διαίτας, πανδοκευτρίας, ὅπου
κόρεις ὀλίγιστοι.

In ΠΑΝΔΟΚЄΥΤΡΙΑϹ videre mihi visus sum: ΠΑΝΔΟΚЄΙΑΡΙϹΤ i. e. *πανδοκεῖ' ἄρισθ', ὅπου κτἑ.*

LXIII.

Interpolatori reddatur Ran. vs. 1123:

ἀσαφὴς γὰρ ἦν ἐν τῇ φράσει τῶν πραγμάτων.

LXIV.

Livius XXI. 13 § 8: *sed vel haec patienda censeo potius, quam trucidari corpora vestra rapi trahique ante ora vestra coniuges ac liberos belli iure sinatis.* Ante verbum *trucidari* excidit coniunctio *ut*.

LXV.

Ibid. XXII. 14 § 7: *Qui modo Saguntum oppugnari indignando non homines tantum sed foedera et deos ciebamus, scandentem moenia Romanae coloniae Hannibalem lenti spectamus.* Pro *indignando* reponendum *indignantes*.

LXVI.

Ibid. 16 § 8: *Hasdrubalique negotium datum, ut primis tenebris noctis id armentum accensis cornibus ad montes ageret.* Expunge *noctis*.

LXVII.

Ibid. 20. § 4: *Quum urbem vi cepissent captamque diripuissent, Carthaginem inde petunt cet.* Post *Carthaginem* insere *novam.*

LXVIII.

Caes. de B. G. I. 11: *ita se omni tempore de populo Romano meritos esse, ut paene in conspectu exercitus nostri agri vastari, liberi eorum in servitutem abduci, oppida expugnari non debuerint.* Expungatur manifestum additamentum *eorum.*

LXIX.

In Cicerone pro Deiotaro § 14: *ut eum amplissimo regis honore et nomine affeceris*, delendum *regis.*

LXX.

Ibid. § 15 et corrigendum *cuius tanti furoris fuerit*, et in seqq. ita interpungendum, ut appareat, verbis *quonam ille modo — cogitato* clausulam sententiae contineri, non novam sententiam proponi.

LXXI.

Ibid. § 21. Pro *acta res* corrigendum *ficta res.*

LXXII.

Ibid. § 24: *ait nescio quem.* — In his *ait* non est huius loci. Corrige *at.*

LXXIII.

Ibid. § 25: *de Domitio dixit.* Imo, *dixisse.*

LXXIV.

Ibid. § 33: *multorum enim civium capita viderat.*

Periit ironia, quae restituetur, si corrigitur *multorum, credo.*

LXXV.

Orat. pro Rosc. Amerino § 3: *deinde quod ceterorum* —, delendum *deinde.*

LXXVI.

Ibid. § 5. Deleto altero *quae*, edendum — *quae sunt sexagies, de viro fortissimo* —.

LXXVII.

Ibid. § 7: *Si vobis aequa* —, requiritur *quae si vobis aequa.*

LXXVIII.

Ibid. § 14. Restituendum *quemadmodum gesta est.*

LXXIX.

Ibid. § 26. Legendum *deinde aliquanto lentius agere*, deleto *nihil.*

LXXX.

Ibid. § 39: *umquam debuit*, supplendum ita, *umquam cuiquam debuit.*

